& tamen nõ erogaſſe. Quæ ſentẽtia habet rationem magis in eo qui non erat deducta quarta rogat⁹ reſtituere, & tamen integrã fidem præſtitit omiſſo ſenatuſcõſulti cõmodo. hic enim verè fidẽ exſoluit, voluntatem teſtatoris obſecutus.* Hoc ita, ſi non per errorẽ calculi fecit. Ceterum indebiti fideicõmiſſi eſſe repetitionẽ, nulla dubitatio eſt. Cũ igit̃ nihil de bonis erogatur, rectè dicit valere donationẽ. Vbicunq; igitur nõ deminuit de facultatib⁹ ſuis qui donauit, valet. vel etiam ſi diminuat, B locupletior tamen non fit qui accepit: donatio valet.

*Donatio reuocatur quatenus mulier eſt facta locupletior: & an ſit locupletior, inſpicitur tempus lit. conteſt. h. d. iſta l. vſque ad l. quod autem. §. ſi maritus. Bald.*

Marcellus[a] libro ſeptimo Digeſtorũ quærit, ſi mulier acceptã à marito pecuniã[b] in ſportulas[c] *pro cognato ſuo ordini[d] erogauerit, an donatio valeat. Et ait valere, nec videri locupletiorẽ mulierẽ factã, quãuis mutuã pecuniã eſſet acceptura,[e] & ꝓ adfine erogatura. In donationibus aũt iure ciuili impeditis hactẽn⁹ reuocatur donũ ab eo C ab eáve cui donatũ eſt, vt ſi quidẽ extet res, vindicetur:[f] ſi cõſumpta ſit,[g] cõdicatur[h] hactenus quatenus locupletior quis eorum factus eſt:

VI. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

QVia quod ex non conceſſa[i] donatione retinetur, id aut ſine cauſa, aut ex iniuſta cauſa retineri intellegitur, ex quibus cauſis condictio naſci ſolet.

VII. VLPIANVS libro trigeſimoprimo ad Sabinum.

QVod autem ſpectetur tempus an locupletiores ſint facti, D vtrum tempus litis conteſtatæ,[k] an rei iudicatæ? Et verum eſt litis conteſtatæ tempus ſpectari oportere.[l] idque imperator noſter cum patre reſcripſit.

*Donatio quæ mulierem locupletiorem non reddit, non reuocatur: & non dicitur locupletior, ſi tantũdem de ſuo erogauerit. h. d. iſte not. §. Baldus.*

Si maritus pecuniã vxori in vnguenta dederit, eáq;[m] eam pecuniam creditori ſuo ſoluerit[n], mox ea de ſua pecunia vnguenta emerit: non videri locupletiorem factã Marcellus libro ſeptimo Digeſtorum ſcribit. Idemq; & A ſi lancem ob eãdem cauſam ei dederit, eaq; lancem[o] retinuerit, de ſua autẽ pecunia vnguẽta emerit, vindicationem ceſſare, quia non eſt locupletior quæ tãtundẽ in re mortua[p] impendit.[q] Si vir & vxor quina inuicem ſibi donauerint, & marit⁹ ſeruauerit, vxor conſumpſerit: rectè placuit[r] cõpenſationem fieri donationum[s]. & hoc diuus Hadrianus conſtituit.

*Inter virum & vxorem habet locũ donatio, ſi inuicem compenſauerint. Baldus.*

Idemq; ait, & ſi vir vxori[t] pecuniã donauerit, ipſaq; ex ea prædiũ emerit: æſtimari oportere inquantũ locupletior facta ſit mulier.[v] Proinde & ſi prędia hodie viliſſimo* ſunt, conſequẽter dicemus, litis cõteſtatæ tempore æſtimationẽ eorũ ſpectandam.[x] Planè ſi magni pretij prædia ſunt, ſumma tantùm numerata erit reſtituẽda, nõ etiã vſuræ pretij. Eleganter tractabitur, ſi mulier quindecim prædia emerit, & maritus nõ totũ pretiũ numerauerit,[y] ſed duas partes pretij, hoc eſt decẽ, vxor de ſuo quinq;, deinde hæc prædia valeant nũc decem: maritus quãtũ cõſequatur. Et magis eſt vt conſequi debeat duas partes decẽ, vt quod periit ex pretio, vtriq; perierit, & marito, & vxori. Si maritus æſtimationem rerũ[z] quas in dotẽ accepit, dicat[a] ſe donationis cauſa auxiſſe[b], remedium monſtrauit imperator noſter cum diuo patre ſuo reſcripto, cuius verba ſunt hæc: Cum donationis cauſa pretium auctum adfirmes: qui ſuper ea re cogniturus erit, ſi pecuniæ[c] modum recuſabis, ipſa prædia reſtitui debere ſumptuum deductis rationibus arbitrabitur. In arbitrio[d] igitur mariti erit, quid præſtitum malit. Idem iuris eſt & ſi econtrario mulier de minore æſtimatione quæratur. nec aliud in commodato[e] æſtimato dato obſeruari ſolet, vt Pomponius libro quarto variarum lectionum ſcribit. Si vxor à marito ſuo prædia quæ ob dotem pignori acceperat[f], emerit,[g] eaque emptio donationis cauſa facta dicatur, nullius eſſe momenti: pignoris tamen obligationem durare imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit. Cuius reſcripti verba ideo retuli, vt appareat venditionem inter virum & vxorem bona fide geſtã non retractari: Si tibi maritus pignora propter dotem & pecuniam creditam data, non donationis cauſa vẽdidit: quod bona fide geſtum eſt, manebit ratum. at ſi titulus donationis quæſitus oſtenditur, atque ideo venditionem irritam eſſe conſtabit, iure publico cauſam pignorum integram obtinebis.[h] Si vxor rem emit, & maritus pretium pro ea numerauit: interdum[i] dicendum eſt, totum à mu-

---

a *Marcellus.* aliàs. §. aliàs lex.
b *Pecuniam.* ex cauſa donationis.
c *Sportulas.* i. epulas.
d *Ordini.* decurionũ. Accurſius.
e *Acceptura.* nõ ex neceſsitate.
f *Vindicetur.* vt infra eo. l. ſi donatæ. in prin. Accurſius.
g *Conſumpta ſit.* ab eo cui donatum eſt. aliud eſt ſi ab herede conſumatur, quia non perit donanti: vt infra ad legem Falcid. quod de bonis. §. ex donationibus. Azo.
h *Condicatur.* per condictionem ſine cauſa.
i *QVia quod ex non conceſſa.* à lege.
k *QVod autem. Litis conteſta.* cum agitur ſine cauſa vel rei vindi. Accur.
l *Oportere.* ſed & rei iudi. vt s̃. de peti. here. ſi à domino. §. fina. & s̃. de pecu. l. quæſitum. Accurſius.
m *Eaque.* ſcilicet mulier. Accurſius.
n *Soluerit.* non in vnguenta, ſed aliàs. Acc.
o *Eaq; lancem.* donatã ſibi à marito. Accur.
p *Mortua.* i. de qua nõ eſt locupletior. Accur.
q *Impendit.* vt j. eo. ſi id. §. illud conſtat. & l. ſed ſi vir. §. non videtur. Accurſius.
r *Recte placuit.* matrimonio finito diuortio: ſecus ſi morte: vt j. eo. l. cum hic ſtatus. §. quod ait. Io.
s *Donationũ.* quia quaſi permutatio eſt, vt s̃. de pet. hered. l. ſed & ſi. §. conſuluit. in fi. Accur.
t *Si vir vxori.* aliàs eſt in textu, ſi vir vxori pecuniam donauerit, ex eaque pecunia &c. Accurſius.
v *Mulier.* vt in tanta pecunia cõdemnetur, cum ſit ſoluendo: aliàs contra: vt j. eo. l. vxor. Accurſius.
x *Spectandum.* vt ſupra eod. ſi ſponſus. §. circa. in fin. & infra eod. l. ſi vxor marito. in fin. & l. ex annuo. §. ſi maritus. & l. ſi id quod. §. ſi ex decem.
y *Numerauerit.* vxori. ſecus ſi numerauerit creditori, quia tunc in ſolidum teneretur, licet res deterior efficiatur: vt j. ea. l. §. ſi vxor. Accurſius.
z *Rerum.* quæ fuerãt datæ æſtimatæ.
a *Dicat.* & hoc probauerit. nec enim præſumitur eum donaſſe, licet maiori pretio acceperit: vt infra eo. ſi vir. §. ſi duo. Ot.
b *Auxiſſe.* quia cum valerent decem, accepit æſtimata pro viginti.
c *Si pecuniæ modum.* i. modicam pecuniã iuxta æſtimationem.
d *Arbitrio.* Nihil ergo valet huiuſmodi æſtimatio facta animo donandi. vt s̃. de iur. do. l. ſi res. in prin. Hoc autem quod hic dicit, intelligitur ſecũdũ Azo. cum mulier non erat datura æſtimata prędia niſi aucta æſtimatione donationis cauſa. Idẽ ſi mulier minoris ſe ęſtimaſſe dicat donationis cauſa, quia vir non erat acceptur⁹ niſi minori æſtimatione, & ideo dicit iuſtam æſtimationẽ ſupplendam. maritus ecõtra dicit ſe nunquã accepiſſe ęſtimata, niſi remitteretur de pretio donationis cauſa, vt ſubiicit. vnde viro datur electio, reſtituat prædia, an iuſtã æſtimationẽ. vbi autẽ quis bene erat accepturus æſtimata nulla remiſsione facta, ſupplet iuſtum pretiũ: & idem in vxore ſi erat datura æſtimata etiam nõ aucta æſtimatione: vt ar. s̃. e. ſi ſponſus. §. circa. quæ eſt contra.
e *In commodato.* à viro vxori.
f *Acceperat.* mulier.
g *Emerit.* ipſa mulier.
h *Obtinebis.* vt s̃. qui. mo. pignus vel hypo. ſol. l. j. §. cum vẽditor. & infra de leg. ij. l. quę fideicommiſſum.
i *Interdum.* nam regu-

*ſecutus.

*ſportula, obſoniũ erat quod diuites Romani ſalutatoribus dabant, ſecreto ipſi cœnantes. In limine autẽ domus ſportulæ cõſtituebantur. Bud. hic, & Alc. lib. diſpunc. 3. cap. 17.

*viliſſima.

lariter in quantum locupletior eſt: vt ſ. eod. l. eleganter.

a *An venditori.* certè nihil: vt ȷ. eo. l. ſi cum mulier.

b *Eius.* ſcilicet vxoris. Accurſius.

c *Donatur.* à viro.

d *Impone.* & ſic eodem tempore dominiũ quæritur & amittitur, ſicut & aliàs obligatio eodẽ tẽpore oritur & moritur: vt ȷ. de accep. l. quod in diem.

*Obligatio eodem tempore oritur & moritur.*

e *Manumittere.* vt ȷ. l. proxi. ſed tunc tantũ: vt & ȷ. proxi. in §. prin.

f *Manumittere.* ſponte. nec enim cogitur. conſtitutio ergo locũ non habet niſi in eo emptore, qui per traditionẽ dominus factus eſt.

g *Imponi.* quia nec poſſet: vt ſ. de arbi. l. per.

h *Facta valet.* vt ȷ. ſo. mat. l. ſi conſtante. §. ſi vir. & l. quod ſi vir. & l. & definit.

i *Nihil agit.* ſed & ſi quis ante tempus debet, nonne ante ſoluere poteſt? cur ergo hic non ante manumittit? Reſpon. quia non fuit ſtatim valida donatio.

k *Manumittat.* quem vir vxori donauit vt intra annum manumittat.

l *Si antequam. Reſoluitur.* Sed cur hæc donatio morte nõ confirmatur vt aliæ, ſed infirmatur? Reſpon. aliæ confirmãtur, quia dominium volui peruenire ad eam, & ſtatim: hic autem nolui dominium apud eam remanere, ſed vt vxor manumitteret. cum ergo non ſit vxor, non manumittet.

m *Si eum. Nihil agi.* nã non poteſt per alium manumittere, qui ipſe non poteſt: vt infra de condit. & demon. l. ſi quis eum qui. Accurſius.

n *Manumiſerit.* eum quem acceperat vt manumitteret. Azo.

o *Promittat.* ſponte, ſciens ſe non teneri. nec enim cogitur: vt in contrario. Cod. de ope. lib. l. qui nummis acceptis. & l. ij. & eſt argum. huius ſolutionis: infra de oper. lib. Campanus. Vel dic ꝙ aliud eſt in vxore cui ſeruus traditur à viro vt manumittat. nec enim poteſt cogi manumittere, quia nõ eſt domina: vnde nec ſuccedit conſtitutio: vt ſ. eo. l. iij. §. pen. & vlt. in fi. ergo ſi manumittit, gratis manumittit: & cum beneficium confert manumiſſo, dignũ eſt vt poſſit imponere operas. Alij autẽ quia inuiti manumittunt, non poſſunt operas imponere: vt arg. ſ. de ritu nupt. l. proxi.

p *Quia. Deſinunt.* vt ſupra de pact. dotalibus. l. Bæbius. in fi. aliàs. l. ſi inter.

liere repetendũ, quaſi locupletior ex ea in ſolidũ facta ſit, vtputa ſi emit quidẽ rem mulier, & debebat pecuniã, maritus aũt à vẽditore eã liberauit. q d enĩ intereſt, creditori ſoluat, an venditori? [a]

Vxori quis donauit ſeruum, ita vt eum intra annũ manumitteret. an ſi mulier non obtemperet voluntati, conſtitutio diui Marci imponat ei libertatẽ, ſi vir vel viuit, vel etiam diem ſuum obierit? Et ait Papinianus, cum Sabini ſit ſententia recepta, qui putat tũc fieri ſeruum eius [b] cui donatur, [c] cũ cœperit libertas imponi, [d] ideoque nec ſi velit mulier, poſt exactum tempus poſſit manumittere: [e] rectè dici nõ eſſe cõſtitutioni locum, nec voluntatẽ mariti poſſe conſtitutioni locum facere, cũ proprium ſeruum poſſit manumittere. [f] quæ ſententia mihi quoq; probatur: quia venditor ſiue donator non ſibi vult legẽ imponi, [g] nec poteſt, ſed ei qui accepit. Dominio igitur penes ſe remanente, nequaquam effectum habebit conſtitutio.

*In his quæ retro nõ trahuntur, non inſpicitur tempus contractus, ſed exiſtentis conditionis. Bartolus.*

Manumiſſionis cauſa donatio facta valet, [h] licet non hoc agatur, vt ſtatim ad libertatẽ, ſed quãdoque perducatur. Proinde ſi vt poſt certum tẽpus manumittat, vxori ſuæ tradidit: tunc demum eius fiet, cum tẽpore impleto manumittere cœperit, quare antè manumittẽdo nihil [i] agit. Nam & illud ſciendũ eſt, ſi vxori quis ſuæ donauerit, vt intra annum manumittat, [k] deinde nõ manumiſerit ea intra annũ: poſtea manumittẽdo nihil agi.

*Cum aliquid eſt fiendum ab aliquo ſub nomine appellatiuo ipſius, non poteſt fieri poſtquam appellatiuum nomen competere deſiit. h. d.*

VIII. Gaivs libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

SI antequã ſeruus manumittatur, morte aut diuortio ſolutũ fuerit matrimoniũ: reſoluitur [l] donatio. ineſſe enim conditio donationi videtur, vt manẽte matrimonio manumittatur.

IX. Vlpianvs libro trigeſimo-ſecundo ad Sabinum.

SI eum vxori donet maritus, qui eius erat cõditionis, ne vnquã ad libertatem perduci poſsit: dicendũ eſt omnino nihil agi [m] hac donatione. B Si pecunia accepta mulier manumiſerit, [n] vel operas ei impoſuerit: ait Iulianus operas quidẽ eam licito iure impoſituram, & tenere obligationem, nec videri mulierẽ ex re viri locupletiorem fieri, cum eas libertus promittat. [o] Quòd ſi pretiũ ob manumiſsionẽ acceperit mulier, & ſic manumiſerit: ſi quidem ex peculio ſuo dedit, nũmos mariti manere. ſin verò alius pro eo dedit, fient nummi mulieris. quæ ſentẽtia rectè ſe habet. C Inter virũ & vxorem mortis cauſa donationes receptæ ſunt:

X. Gaivs libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

QVia in hoc tempus excurrit donationis euẽtus, quo vir & vxor eſſe deſinunt. [p]

XI. Vlpianvs libro trigeſimo-ſecundo ad Sabinum.

SEd interim res nõ ſtatim fiunt eius cui donatæ ſunt, [q] ſed tũc demum, cum mors inſecuta eſt. medio igitur tẽpore dominiũ remanet apud eum qui donauit.

D *Donatio cauſa mortis facta inter virũ & vxorem, valet quocũque modo fiat. & vbi fit donatio cauſa mortis quæ retro non retrahitur, duæ regulæ vitiantur, vt patet in ſeptẽ caſibus hic poſitis, vſque ad. §. idẽ Mar. Baldus.*

Sed quod dicitur, mortis cauſa donationẽ inter virũ & vxorẽ valere, ita verũ eſt, vt non ſolùm ea donatio valeat ſecundũ Iulianum, quæ hoc animo fit, vt tũc res fiat vxoris vel mariti, cum mors inſequet: ſed oĩs [r] mortis cauſa donatio. Quãdo itaq; nõ retro agatur [s] donatio [t], emer

A q *Sed interim. Donatæ ſunt.* etiam ſi ſic dentur vt ſtatim fiant eius: vt ȷ. de do. cau. mortis. l. ij. ij. reſpon. & ȷ. proxi. reſp. & facit ad hoc infra. e. l. vxori. aliàs ſi non eſt vxor, ſecus: vt ȷ. de do. cau. mor. l. ſi mortis cauſa.

r *Sed omnis.* id eſt qualitercunque facta. tribus enim modis fit: vt infra de donat. cau. mor. l. ij. ea tamen quæ ita fit, vt nullo modo reuocetur, non valet: vt in eodem titulo de dona. cau. mor. l. vbi.

s *Non retro.* quod eſt maximè eo caſu cum ſic eſt facta vt demum morte inſecuta valeat. aliàs ſi vt ſtatim vel ſimpliciter, trahitur retro: vt infra de don. cau. mor. l. ſi mortis cauſa. niſi inter coniuges. Accurſius.

t *Donatio.* vt eſt cum mortis cauſa donatur: quæ tantum ex tempore mortis valet. donatio enim inter viuos facta à viro vxori, ſi fuerit morte confirmata, trahitur retro: vt Cod. eod. l. antepe. Vel dicas donationem cauſa mortis retro trahi vbique, præterquã vbi ſic fit vt poſt mortem donatarij fiat, & ita fuit facta, vt poſt mortem tranſeat: & præterquam in caſib⁹ hic ſignatis, vbi conditio perſonæ mutatur, ſecundum Ioan. imò dicitur aliàs retro trahi præter eam quæ fit vt ex die mortis tãtum tranſeat dominiũ, quia hoc tunc agitur. & bene infertur itaq; ſecũdum primã expoſitionem. nã ſi omnis valet, ergo & ea quæ ita fit vt ſtatim dominium fiat vxoris, vel eius cui nomine vxoris donatur. Item ſi illa valet, & non retro agitur, ergo emergunt vitia: ſicut ꝓbari poteſt in dictis ſex caſibus à Marcellõ hic poſitis. Vel dic vt dixi. loqui de illa quæ ſic fuit facta vt demum ſecuta morte valeat. & per omnia proſequere vt hic. ecce tu volẽs vxori tuæ donare, filiofamilias ei⁹ nomine tradidiſti: vt ſtatim eſſet dominus. ſi dicas, donatio ſtatim cum fit, valet: item non retrotrahitur: cõtraria tibi ipſi dicis. nam dicis ſtatim valere etiã ſi nõ trahitur retro, ergo ab initio valuiſſe non creditur: quod eſt contra id quod conceſsiſti. Item emergit vitium, quia contra legem eſſe videtur, quia hæc donatio cauſa mortis non trahitur retro. hic etiam cauſa mor. donatio ſic facta vt ſtatim res fiat vxoris, nec reuocetur, ſimilis eſt ei quæ fit inter viuos: vt ȷ. de do. cau. mor. l. vbi. ſed facta inter viuos trahitur retro: vt C. eod. l. donationes. ergo iſta in hic

in hac tamen donatione inter viuos non occurrit vitiũ, quia non valet inter virum & vxorem, vt modò diximus. Item econtra ſi trahitur retro, emergit vitium, quia patri quæſitum videtur. aut ſi dicas ab initio valuiſſe, creditur: ergo cum eſt dominiũ tranſlatum in filium, patri debet eſſe quæſitũ, ſine cuius voluntate filius factus ſui iuris tẽpore mortis mariti rẽ tradẽdo dominiũ transferre non poteſt: arg. j. de verb. obl. l. ſi filiusfa. ergo videntur quædã vitiare regulæ, ſecundũ Io. quæ ſcilicet dicunt tẽpus contractus ſpectari, valeat, vel nõ, & an quæratur patri: vt dict. l. j. de verb. obli. l. ſi filius. & inſti. de inuti. ſtip. §. j. ſed non vitiantur, quia hæc donatio vice legati cẽſetur. Sed cur aliud eſt in ſtipulatione conditionali quam in iſta, licet iure legati cenſeatur: vt d. l. ſi filius? Reſpõ. quia ibi erat ſpes debitum iri, quæ ad hẽredes tranſmitti poterat: vt j. de act. & obli. l. is cui. & hęc remanet penes patrẽ. hic autem non erat ſpes vt apud patrem vel filium, ſed vt apud mulierẽ remaneret. Quid ergo mulier faciet cũ interpoſitus in mea poteſtate manſit? dicemus eam carere omni remedio? Reſpon. nequaquam, quia cõpetit actio mãdati vel in factũ mihi contra patrem, cum ex perſona filij nullã fuiſſe donationẽ apparuit: vt C. de dona. quæ ſub modo. l. quotiens.

a *Vitia.* id eſt vitiantur quędã regulæ. primo illa, quia nõ inſpicitur tẽpus contractus cui quæratur: quod fieri debet ſecundum regulam. j. de verb. obli. l. ſi filius. Item & illa, quia tẽpus contractus inſpicitur valeat, vel non: vt inſti. de inuti. ſtip. §. ij. Sed quæritur, quare vitiantur? Reſpõ. quia licet donatio cau. mor. ſit contractus, vel pactum, tamen habet inſtar legati: vt inſti. de don. §. j. in quibus tempus mortis inſpicitur quo ad acquiſitionẽ, & quo ad tranſmiſſionem: vt j. de reg. iu. l. quale. & ſ. de pig. l. ſi legati. & j. quando di. leg. ce. l. poſt. §. fi. & de dona. cau. mor. l. fi.

*Tempus cõtractus inſpicitur, valeat, vel nõ.*

gunt vitia,[a] vt Marcellus animaduertit in ſpecie huiuſmodi: Marit[b] vxori mortis cauſa donatũ vo luit: interpoſuit mulier filiũfamilias[c] qui à marito acciperet, eiq;[d] traderet.[e] deĩde cũ moritur maritus, paterfamilias[f] inuenitur. an valeat traditio?[g] Et ait cõſequẽs[h] eſſe dici traditionem[i] valere, quia ſui iuris effectus eſt eo tẽpore ad qđ traditio redigitur, id eſt cũ maritus moriebatur. Idem ait, Placuiſſe ſcio Sabinianis, ſi filiæfamilias vxori maritus tradet: donationẽ eius[k], cum omni ſuo emolumẽto fieri, ſi viuo adhuc marito ſui iuris fuerit effecta.[l] qđ & Iulianus libro ſeptimodecimo Digeſtorũ probat. Proinde & ſi vxor marito filiofamilias mortis cauſa tradat, & is ſui iuris[m] effectus ſit, ſinẽ dubio dicẽmus ipſi[n] fieri. Per contrariũ quoq; ſi vxor donauerit mortis cauſa patrifamilias marito, & mortis eius[n] tẽpore filiusfamilias inueniatur: patri erit nunc emolumentum[o] quæſitum.

Conſequẽter[p] Scæuola apud Marcellum notat, ſi ſeruum interpoſuerit mulier, vt ei tradatur mortis cauſa: iſque adhuc ſeruus dederit mulieri, deinde mortis tempore liber inueniatur: tantũ dem eſſe dicendum. Idem Marcellus tractat, ſi is qui interpoſitus[q] eſt, poſteaquã dederit mulieri, deceſſerit viuo adhuc donatore, donationẽ euaneſcerę: qa debeat aliquo momẽto[r] interpoſito fieri, & ſic ad mulierem tranſire. quod ita procedit, ſi ea cui donabatur, eũ interpoſuit,[s] non is qui donabat. porrò ſi à marito interpoſitus eſt, & res ipſius ſtatim facta eſt: & ſi ante mortẽ mariti tradiderit,[t] & deceſſerit, traditio eius egit aliquid: vt tamen hæc traditio pendeat donec mors ſequatur. Si vxor rem Titio[u] dederit, vt is marito mortis cauſa traderet: eaq; defuncta, inuitis heredib9 eius Titi9 marito dederit: intereſt vtrũ à muliere ſit interpoſitus Titius, an verò à marito cui donabatur. ſi à muliere interpoſitus eſt, obligabit ſe cõdictione[x], ſi marito tradiderit[y]. ſi autẽ à marito ſit interpoſit9: mortua muliere cõfeſtim fundus efficietur[z] eius quẽ maritus interpoſuit, & actionẽ ipſe maritus cum eo habebit. Si vxor rem quã à marito ſuo mortis cauſa acceperat, viuo eo alij tradiderit: nihil agit ea traditiõne, quia nõ ante vltimũ vitæ tẽpus mulieris fuit. Planè in quib9 caſibus[a]

A B C D

o *Emolumentum.* & ſic econtra ſi vir donauit matrifa. vxori, quæ poſt ſit alieni iuris: qui caſus non eſt hic.

p *Conſequenter.* ad caſum primũ de filio interpoſito dicendũ vt valeat traditio: vt in ſuperioribus caſibus prꝥter proximũ.

q *Interpoſitus.* ſcilicet à muliere, vt ſuo nomine ſuſciperet tanquam donatarius, non vt ſimplex procurator.

r *Aliquo momento.* ſic ergo fuit donatum, vt tunc demum dominiũ adipiſceretur cũ mors fuerit inſecuta, ſecundum quoſdam. Sed Azo contra in ſumma, vt infra in gloſſa. vt in donationibus &c. in fin. eius. & in vtroque caſu attende diligenter hãc rationem, quia debeat & cet. ex hoc enim probatur, quia in vtroque caſu interpoſita perſona nõ fuit interpoſita vt ꝓcurator. ſi enim tanquam procurator interponeretur: etiam ſi viueret tempore mortis donantis, nullo tamen momento dominium apud eum eſſet, ſed recta via à donante tranſiret in donatarium: vt infra de donat. l. quod mihi. dic ergo interpoſitam taliter vt fieret dominus, & ei donaretur principaliter, ipſe vero poſtea donaret mulieri. mulier enim cum ſciret conſtante matrimonio dominium in ſe tranſire non poſſe: vt ſupra eodem. l. in princ. volebat in alium transferri, vt ita exiret de bonis mariti. & de tali interpoſito in quem tranſeat dominium, loquitur ſupra ea. l. §. maritus. Si quæras, quare aliud eſt in procuratore mariti donantis quàm eius cui donatur, vt hic dicit? Reſpon. quia ſicut in mulierem dominium tranſire non poteſt conſtante matrimonio: vt ſupra ea. l. in prin. ita nec in perſonam eius qui eſt ab ea interpoſitus. at vbi à marito eſt interpoſitus, tranſit quaſi videatur remanſiſſe apud maritum. Item in primo caſu. ſ. cum interpoſitus eſt à muliere, ſi velis dicere ſimplicem procuratorem, nullo tempore eſt procurator dominus rei. neq; enim eo tempore quo traditur, quia cum ipſe ſit procurator vxoris, per eũ ipſi vxori non ſibi quæri debet dominium, cum nomine vxoris acceperit. neq; eo tempore quo maritus moritur, quia tunc procurator nõ eſt in rebus humanis. cum autem nõ eſt procurator mulieris, ſed viri, dominium ſtatim quæritur ſibi, vel ſaltem non mulieri per eum, cum eius non ſit procurator.

b *Maritus.* ſex vel quinq; caſus ſunt. Primus ibi, maritus &c. & conſonat cũ illo, conſequenter &c. Secundus, idem ait &c. Tertius ibi, proinde &c. Quartus ibi, per contrariũ &c. Item quintus ibi, ſubauditur. Sextus ibi, conſequenter &c. Eſt & ſeptimus, quo diſtinguitur quãdo interpoſitus deceſſit ante donationem, poſt traditionem tamen: quo caſu diſtinguitur à quo ſit interpoſitus.

c *Filiumfamilias.* ſuum & mariti, vel mariti tantùm, vel extraneum vt procuratorem.

d *Eique.* ſcilicet mulieri.

e *Traderet.* vt ſic ſtatim filij eſſet. & ſic in inferioribus, præterquam in §. idem Marcellus. vt ſtatim fiant interpoſiti.

f *Paterfamilias.* ſi enim filiusfa. inueniretur, patri quæſitum videretur.

g *Traditio.* ſiue ante exiſtentiam ſui iuris, ſiue poſt fiat: vt j. eo. §. conſequenter.

h *Conſequens.* conſequens eſt ei quod dictũ eſt, ſcilicet omnem donationem valere.

i *Traditionem.* vtramque, id eſt mariti & interpoſiti. Accur.

k *Donationem eius.* ſcilicet filiæ. Accurſius.

l *Effecta.* aliàs patri quæreretur: vt j. §. per contrarium.

m *Sui iuris.* tempore mortis vxoris.

n *Mortis eius.* ſcilicet vxoris.

s *Eum interpoſuit.* quia tunc donatarius eſt: quo præmoriente euaneſcit donatio. Io. Sic etiam diſtinguitur à quo fuerit aliquis interpoſitus: vt j. de fur. l. eum qui. §. ſi epiſtola.

t *Tradiderit.* quia vir ipſe tradidiſſe videtur. Ioan.

v *Titio.* nõ vt ipſe ſuo nomine acciperet tanquã donatarius, ſed vt acciperet vxori poſtea traditurus, quæ tunc demum erat cõſecuta cum moreretur maritus. ſic enim donatum eſt procuratori vt ſtatim conſequi debeat dominium.

x *Condictione.* certi cum morte eius mulieris ſit reuocatum mandatum. vt j. de acquir. poſſ. l. fundi. §. item ſi amicus. nec enim fuit mãdatum vt traderetur poſt mortem, ſed vt ſtatim traderetur: vel reuocatum eſt propter interpellationem heredum, qui reuocare potuerunt re integra: vt ſ. de iu. do. l. ſi ego. §. j. ſed contra ſ. de ſer. expor. l. iij. Sol. vt ibi.

y *Tradiderit.* Poſt mortem mulieris. Accurſius.

z *Efficietur.* aliàs addicetur ei quem &c.

a *In quibus caſibus.* vt in donationib9 inter viuos, quæ morte confir-

ff Vetus. zzz ij

placeat retroagi donationē: etiā ſequēs traditio à muliere facta in pēdēti habebitur.

Si maritus vxori donauerit mortis cauſa, eaq́; diuerterit: an diſſoluatur donatio? Iulianus ſcripſit infirmari donationem [a], nec impendere. * Idem ait, ſi diuortij cauſa facta ſit donatio, valere [b]:

*in pendenti eſſe. eſt qui legat ampendere, pro eam pendere. Infirmatur quid, licet eo peruenit vnde oritur *fiat.

XII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

B Quæ tamē [c] ſub ipſo diuortij tēpore, nō quæ ex cogitatione, quandoque futuri diuortij fiant.*

XIII. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

Sed ſi mors ſit inſecuta [d], nō videri factas res mulieris, quia donatio in alium caſum facta eſt. Proinde & ſi mortis cauſa vxori donauerit, & deportationē paſſ⁹ eſt: an donatio valeat, videamus. Et aliàs placet, in cauſam deportationis donationē factā valere, quēadmodū in cauſam diuortij. Cū igitur deportatio matrimoniū C minimè [e] diſſoluit, & nihil [f] vitiū mulieris incurrit: humanū eſt, donationem quæ mortis cauſa ab initio facta eſt, tali exilio ſubſecuto cōfirmari, tanquam ſi mortuo marito rata habebatur: [g] ita tamen, vt nō adimatur licētia marito eā reuocare: quia & mors eius expectāda eſt [h], vt tunc pleniſsimam habeat firmitatem, quādo ab hac luce fuerit ſubtractus, ſiue reuerſus, ſiue adhuc in pœna conſtitutus. Cum quis acceperit [i] vt in ſuo [k] ædificet, condici ei id non poteſt: [l] D quia magis donari ei videtur. quæ ſententia Neratij quoq; fuit. ait [m] enim, datū ad villā extruendā, vel agrū ſerendū, quod alioquin facturus nō erat is qui accepit, in ſpeciē donationis cadere. Ergo inter virum & vxorem hæ erunt interdictæ.

*In hac l. vſque ad l. ſi vxor. habet plures caſus in quibus donatio valet inter coniuges: quos nota.*

XIIII. PAVLVS libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.

Qvod ſi vir vxori, cuius ædes incendio cōſumptæ ſunt, ad refectionē earū pecuniam donauerit: valet donatio in tantū, in quantū ędificij extructio poſtulat. [n]

*Vſuræ perceptæ ab vxore ex pecunia per virū ſibi donata, ſunt ipſi⁹ vxoris, adeo quòd ſi pars capitalis ſit perdita, & alia pars ꝓpter vſuras ſit duplicata: debet reddi viro illa pars capitalis quæ durat. & qđ dictū eſt in vſuris, idem eſt in fructibus rei* B *donatæ. h. d. cum duabus ll. ſeq. Baldus.*

XV. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

Ex annuo vel menſtruo qđ vxori marit⁹ ꝑſtat [o], tūc qđ ſupereſt, reuocabitur [p], ſi ſatis immodicū eſt, id eſt ſupra vires dotis [q]. Si marit⁹ [r] vxori pecuniā donauerit, eaq́; vſuras ex donata pecunia ꝑceperit: lucrabitur. [s] hęc ita Iulian⁹ in marito libro octauo decimo Digeſtorū ſcribit.

XVI. TRYPHONINVS libro decimo Diſputationum.

Qvid ergo ſi ex centum quę vir vxori donauit, quinquaginta apud debito-C rem [t] ex his perierint, & alia quinquaginta duplicata vſuris vxor habeat? Non plus quinquaginta eius donationis nomine maritus ab ea conſequetur. [u]

XVII. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

De fructibus quoq; videamus, ſi ex fructibus prædiorū quæ donata ſunt, locupletata ſit, an in cauſam donationis cadāt. Et Iulianus ſignificat fructus [x] quoque, vt vſuras, licitā habere [y] donationem. Sed ſi quid ſeruus donatus adquiſiit, ad eū D qui donauit, pertinebit.

*Per ſeruum non quæritur filio malæ fidei poſſeſſio, ſed bonæ fidei. Bartolus.*

XVIII. POMPONIVS libro quarto ex Variis Lectionibus.

Si vir vxoris, aut vxor viri ſeruis aut veſtimētis vſus vel vſa fuerit, vel in ædibus eius gratis habitauerit, valet donatio. [z]

XIX. VLPIANVS libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

Si vxor filio donauerit ſeruū qui [a] in partis [b] mariti

---

A confirmatur. Vel dic latius: donatio retrotrahitur vbi res ſic donata eſt, vt res ſtatim fiat vxoris. Item ibi donatur ſimpliciter, ſecundum Io. vt j. de do. cauſa mor. l. ſi mortis cauſa & j. eo. l. ſi ſeruus. non tamen fit ſua ſtatim: vt in prin. huius l. & j. eo. ſi vir vxoris. §. fin. ſed demum poſt mortem, non autem retrotrahitur vbi ſic donatur, vt tunc fiat vxoris cum mors fuerit inſecuta, ſed in v. caſibus ſuperius in illo. §. maritus. nominatis, donatio ſic facta fuit vt dominium eſſet accipiētis demū poſt mortē: & ideo nō trahitur retro. videntur tamen quædā regulæ vitiari: vt in litera notatur. In vj. autē caſu loquitur cum donauerit: vt ſtatim fieret dominus.

a *Donationem.* no. quid infirmari, licet peruenerit ad eum caſum à quo incipere poteſt: vt ſupra tit. ij. licet. & j. e. l. cum hic. §. ſi diuortium. & j. eo. l. & ideo. §. diuortio. & l. ſi eum. §. ex quibus.

b *Valere.* vt j. eo. l. vitricus. §. diuortij.

c *Qvæ tamen.* aliàs lex, aliàs non. Accurſius.

*Sed ſi mors.* CASVS eſt planus vſque ad §. cū quis. cum l. ſequenti. CVM QVIS. Donaui tibi lapides vt in ſolo tuo ædifices. donatio eſt. ergo vxori meæ ſic donare non potero, niſi quando eſſent vxoris ædes combuſtę. Viuia.

d *Inſecuta.* cum donauit diuortij cauſa, & tamen ſolutum eſt matrimoniū morte. Azo. & aliàs cū cognitio deportationis facta eſt.

e *Minime.* ſcilicet ſi caſus in quem maritus incidit, nō mutat vxoris affectum: vt C. de repu. l. j. Accurſius.

f *Et nihil.* id eſt nullum.

g *Rata habebatur.* vt forte tranſeat in mulierem dominium. Accurſius.

h *Expectanda eſt.* vt & infra de le. ij. cum pater. §. hereditatem. & infra de verborū obligatione. l. ex ea parte. §. inſulam.

i *Acceperit.* non maritus ab vxore, vel econtra. Accurſius.

k *In ſuo.* ſcilicet cui donatur. Accurſius.

l *Non poteſt.* etiam ſi cauſa non ſit ſecuta: vt infra de condit. & demon. l. Titio. j. reſponſo. & infra de ali. & ci. legat. l. j. & iiij. j. reſpō. & l. penultima. §. finali. hæc autem ſunt vera, niſi aliàs donaturus non eſſet, niſi in ſuo ædificaret. tunc enim condici poteſt: vt C. de dona. l. pe. §. fin. Accur. ADDITIO. Vel dic aliter, quòd ibi cauſa concernebat aliquid pium. hic non, ſecundum Pe. pro hoc facit ſupra de iure dotium. l. ſi ego. Vel ſecundum quoſdam moderniores ibi aliàs erat neceſſario facturus: vt C. de ædific. priua. ſingularum. hic non erat aliàs neceſſario facturus, ſecundum Cy. ſed coniunge ſolutionem gloſſæ, & iſtas duas ſimul, ſecundum Bald. hic.

m *Ait enim datum.* probat per verba Neratij, quòd donare videatur. Accurſius.

n *Qvod ſi vir. Poſtulat.* quia nō videtur accipiens locupletior, cū de ſuo tantum amiſerit. Accur.

*Ex annuo.* CASVS. Vxori meæ in alimenta dedi xx. corbes frumenti, & tot de vinō. donatio eſt, & ideo reuoco quatenus excedit modū, id eſt vltro vires dotis. Viuia.

o *Præſtat.* ſcilicet ad exhibitionem.

p *Reuocabitur.* cū habeat ſpeciem donationis: vt ſ. de pact. do. l. quædam. Accurſius.

q *Dotis.* id eſt ſi excedat fructus ipſius dotis, facta generali computatione. ſicut enim fructus dotis donare poteſt vxori vt ſe ſuoſque alat: vt ſupra de iure do. l. mutus. §. manente. ita & de alio ſuo proprio donare poteſt vxori ad exhibitionem ſui quatenus concurrit cum fructibus dotis quos ſibi retinet: & quod ſupererit facta computatione eius quod donatū eſt, cum fructibus dotis reuocabitur.

r *Si maritus.* ſi, id eſt quando: & non alias: vt ſupra eo. quod autē. §. idem diuus.

s *Lucrabitur.* nō enim debet vltra quàm accepit reddere: vt Codice eodem. l. ſicut. ſecus ſi quicquid ſupereſt rogatur reſtituere: vt argumen. contra ſupra de vſur. in fideicommiſsi. §. nonnunquam.

t *Qvid. Debitorem.* cui mulier mutuauit.

v *Conſequetur.* vt infra eodem. l. ſi quis pro vxore. §. ſi vxor. & l. ſed ſi vir. §. antepenult.

x *De fructibus. Fructus.* ex cultura prouenientes.

y *Habere.* ideoque cū mulier donatione prędiorum valere putauit, fructus ſuos facit: vt ſupra de vſu. l. fructus. ſi autem donati eſſent fructus, nō valet donatio. & repeterentur ſecundum Ioā. vt C. de iur. do. l. pro oneribus. in quantum tamen ipſa locupletior eſt: vt C. eo. l. ſi fructus.

z *Si vir. Donatio.* vt infra eo. l. ſi id quod. §. ſi quas.

a *Si vxor. Qui.* ſcilicet filius.

b *Partis.* ſcilicet eiuſdē mariti. vel dic propriè, ſcilicet ſui. nec tunc valet: vt ſ. eod. l. iij. qui in eiuſdem.

Quæretur.

ſit poteſtate, deinde is ſeru' ancillam acceperit: dominiũ mulieri quæretur[a]. nec intereſſe Iulianus ait, ex cuius pecunia hæc ancilla empta ſit, quia nec ex re ſua quicquã adquiri poteſt per eum[b] qui donatur, ei[c] cui[d] donat. Hoc enim bonæ fidei poſſeſſoribus conceſſum eſt[e]. virũ autem ſcientem alienũ poſſidere. Idem quærit, ſi ex re mariti ea ancilla comparata B fuerit, an aduerſus agentem mulierẽ de dote[f] maritus pretiũ poſsit per exceptionẽ retinere. Et dicendũ eſt, poſſe maritum & exceptionẽ habere, ſi dos ab eo petetur, ſecundum Marcelli ſententiam: & ſi ſoluerit, ſecũdum Iulianum condicere poſſe[g].

*Donatio inter virum & vxorem, quo ad fructus & alias cõmoditates retro trahitur. B.*

XX. IAVOLENVS libro vndecimo Epiſtularum.

SI is ſeruus qui vxori mortis cauſa donat' eſt, priuſquam vir decederet, ſtipulatus eſt: in pẽdenti[h] puto eſſe cauſam obligationis, donec vir aut moriatur, aut ſuſpicione mortis propter quam donauit, liberetur. Quidquid autem eorũ inciderit, quod donationem aut perimat, aut cõfirmet, id quoq; cauſam ſtipulationis aut confirmabit, aut reſoluet.

*Vectigal ſuæ vxoris ſolutum, & expenſæ factæ per virum pro vxore ſua intercedente cum viro cauſa viri, non repetuntur ab vxore. Baldus.*

XXI. VLPIANVS libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.

SI quis pro vxore ſua vectigal qđ in itinere præ- D ſtari ſolet, ſoluiſſet, an quaſi locupletior ea eſſet facta, exactio fiat: an vero nulla ſit donatio[i]? Et magis puto nõ interdictum hoc, maximè ſi ipſius[k] cauſa profecta eſt. Nã & Papinianus libro quarto Reſponſorum ſcribit, vecturas vxoris & miniſteriorum eius, virum itineris ſui cauſa datas repetere nõ poſſe. Iter autẽ fuiſſe videtur viri cauſa: & cum vxor ad virũ[l] peruenit: nec intereſſe an aliqd de vecturis[m] in contrahẽdo[n] matrimonio cõuenerit. Nõ enim[o] donat, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit[p]. Ergo[q] & ſi conſenſu mariti ꝓfecta eſt mulier ꝓpter ſuas[r] neceſſarias cauſas, & aliqd marit' expenſarũ nomine ei pręſtiterit, hoc reuocãdũ non eſt.

Si vxor viro dotem promiſerit, & dotis vſuras, ſine dubio dicendum eſt peti vſuras poſſe: quia non eſt iſta donatio[s], cum pro oneribus matrimonij petantur. Quid B tamen ſi maritus vxori petitionem earũ remiſerit? Eadem erit quæſtio, an donatio ſit illicita. Et Iulianus hoc[t] diceret. quod & verum eſt. Planè ſi conuenerat vti ſe mulier paſceret, ſuoſque homines, idcirco paſſus eſt eã dote ſua frui, vt ſe ſuoſq; aleret: expeditũ[u] erit. Puto enim non poſſe ab ea peti quaſi donatum, quod compenſatum eſt.

*Donatio cauſa mortis cẽſetur reuocata per aliam diſpoſitionẽ poſtea de re factã. Secus ſi antea facta ſit. Bartolus.*

XXII. IDEM libro tertio ad Sabinum.

C VXori ſuæ quis mortis cauſa ſeruum donauit: cumque cum libertate heredẽ ſcripſit. an valeat inſtitutio quęritur. Et puto, ſi hoc animo eum ſcripſit heredẽ, quòd donationis ſe dixit pœnituiſſe[x]: valere inſtitutionem, & neceſſarium heredem domino ſeruum fieri. Ceterum ſi poſtea quàm heredem inſtituit, donauit, donatio præualebit: vel ſi ante donauit, non tamen adimendi[y] animo libertatem adſcripſit.

*Donatio inter virũ & vxorẽ, quæ fit ſimplici promiſsiõe, nõ cõfirmatur morte. Bart.*

D XXIII. IDEM libro ſexto ad Sabinum.

PApinianus † rectè putabat[z] orationem diui Seueri ad rerum donationem[a] pertinere. Denique ſi ſtipulanti ſpopõdiſſet vxori ſuæ: non putabat[b] conueniri poſſe heredem mariti[c], licet durante voluntate maritus deceſſerit.

*Donatio inter virum & vxorẽ, præſtat iuſtam cauſam vſucapiẽdi ante contractũ matrimoniũ, & prodeſt ſoluto vel cõſtante. h. d. Et declara vt plene no. in l. 1. infra de vſucap. pro do. & in c. pro poſſeſſore. de regulis iuris libro 6. Bartolus.*

XXIIII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

a *Quæretur.* ſine poſſeſsione: vt aliàs contingit: vt infra de acquir. rer. do. l. homo liber. in fin. & infra de iure fiſ. l. deferre. §. Papinianus.
b *Per eum.* ſeruum. Azo.
c *Ei.* Marito.
d *Cui.* ſcilicet patri.
e *Conceſſum eſt.* vt ſupra de vſur. qui ſcit. & Cod. de rei vindic. l. j. & facit ſupra de petitione hered. l. nec vllam. §. omnibus. & ſupra de rei vindic. l. præterea.
f *De dote.* pecuniaria. Accurſius.
g *Poſſe.* Sed cur huic marito malæ fidei poſ. datur retentio, vel repetitio: nam debet intelligi donaſſe: ſicut is qui ſciens in alieno ædificat: vt inſtit. de rerum diui. §. cum in ſuo? Reſpon. maritum non præſumimus donaſſe, ideo quia & ſi vellet expreſsim donare, non poſſet, argument. ſupra loca. & conducti. l. qui ad certum. Et argumen. contra infra ſolut. matrim. l. ij. §. voluntatem.
h SI is. *In pendenti.* immò viri manet: vt infra de hered. inſtit. l. quod vir vxori.
i SI *quis pro vxore. Donatio.* quæ reuocari poſsit.
k *Ipſius.* mariti.
l *Ad virum peruenit.* vt ſupra de pact. do. l. inter. §. conuenit.
m *De vecturis.* præſtandis quãdo ipſa ſequeretur maritũ ſuũ.
n *In cõtrahendo.* id eſt tunc cum tractabatur de nuptiis contrahendis. Accurſius.
o *Non enim.* vt reuocare poſsit. Accur.
p *Succurrit.* vt infra de adimen. leg. l. rem legatam.
q *Ergo.* qui dixit maxime.
r *Propter ſuas.* mulieris.
s *Donatio.* vt infra de act. & ob. l. ex promiſſione. Accur.
t *Hoc.* ſcilicet quod ſit licita.
v *Expeditum.* vt C. eo. l. fructus. nam propter talẽ caſum poſſet dos reddi: vt ſupra de iure dotium. l. mutus. §. manente. & facit ſupra de pact. dot. l. ſi conuenerit. in fine.
x VXori *ſue. Pœnituiſſe.* quod ſemper verum eſt, quando cum libertate ſcripſit eum heredem: & impoſsibile eſt vtrunque valere. vnde patet reuocatam eſſe donationem.
y *Adimendi.* vt quando ſcripſit eum heredem ſimpliciter, non cum libertate, nam ſi cum ea, impoſſibile eſt non adimendi animo eum ſcriptum. ſed hodie ſemper cum libertate præſumitur inſtitutus: vt inſtitut. qui ma. non poſ. §. licet. & facit j. eo. l. cum hic ſtatus. §. qui quaſdam. & §. ſi maritus.

PApinianus. } CASVS. Vir vxori ſuæ aliqua donauit. dicit quædam epiſtola imperatoris, quòd licet donatio non valeat, tamen firmatur morte donantis, ſi non reuocet. Sed illam orationẽ Papinia. hic exponit, dicens, quòd in perfectis donationibus id eſt quę traditę vel quaſi traditæ ſunt, habeat locũ aliàs ſi promittit vir vxori centum ex cauſa donationis: licet præmoriatur vir, non confirmatur donatio morte donantis. Viu.
z *Putabat.* & male ſecundum quoſdam, vt ſtatim dices. Accur.
a *Donationem.* id eſt traditionem, quaſi nõ ad promiſsionem.
b *Non putabat.* ſcilicet Papinianus.
c *Mariti.* hodie Papinianus per diui Seueri & Antonini orationẽ corrigitur: vt infra eo. l. cum hic ſtatus. §. j. & §. ſi ſpõſus. ibi, ſiue autem &c. & l. ſi ſtipulata. in princ. & in fi. Vel ibi in l. ſi ſtipulata. cũ promiſſum eſt annuatim, petitur ex præterito tẽpore. & in l. cum hic ſtat'. fuit facta traditio. & de euict. promiſſum: pro quo poteſt eſſe ciuilis obligatio: quod verius eſt. in §. ſi ſponſus. fuit liberatio, non promiſsio. ADDITIO. Non ergo valent donationes nec confirmãtur cum maritus dicit in inſtrumẽto dotali: dono tibi de bonis meis centum ſupra dotem: cũ ſit facta cõſtante matrimonio, nec traditio interuenit, ſecundum R. ſecus ſi non ſit inſertus titulus donationis, ſed dotis, animo donandi: vt C. de do. promiſ. l. ſi voluntate. in glo. quia illa cõfeſsio, quòd habeat ex cauſa dotis, habetur pro traditione, cum interim non cadat alia traditio, argumen. l. ſi ſponſalibus. §. j. ſupra de iure dotium. ſecundum Bald. hic.

*† Bald. dicit iſtum text. non eſſe alibi, ad hoc propoſitum, quod donatio inter virum & vxorem, quæ confirmatur morte, ita demum valet, ſi traditio vera eſt facta: aliàs autem non ampliat: vt hic in nouis interpret. Bolo.*

SI inter extraneos. } CASVS. Titia antequam eſſet mihi vxor, rem alienãm mihi donauit, & ſic incipio vſucapere pro donato. vſucapionem cõpleo, etiam ſi mihi fiat vxor Titia antequam compleam. Idem econ-

tra ſi Titia vxor mea donauit mihi rē alienā: incipio vſucapere pro dona. & ea diuertēte cōpleo. idē ſi cōſtāte matrimonio donauit mihi rē alienā, & eodē durāte perficio vſucapionē, ſiue cauſa mortis donauerit, ſiue inter viuos: quia non videtur fieri pauperior donando qđ alienū eſt. & hoc in l. ꝓxi. A

SI inter extraneos facta ſit donatio,[a] & antequā per tempus legitimū dominium fuerit adquiſitū, coierit: vel cōtrà ſi inter virū & vxorē[b] facta ſit donatio,[c] & ante impletū tēpus ſupradictū ſolutū ſit matrimoniū: nihilo minus procedere tēporis ſuffragium conſtat: quia altero modo ſine vitio[d] tradita eſt poſſeſſio: altero[e] quod fuerit vitium[f] amotum ſit. B

XXV. TERENTIVS Clemens libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.

SEd & ſi conſtante matrimonio res aliena vxori à marito donata fuerit, dicendū eſt confeſtim ad vſucapionem eius vxorem admitti: quia etſi non mortis cauſa donauerat * ei, nō impediretur vſucapio.[g] Nā ius cōſtitutū ad eas donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier, & pauperior maritꝰ in ſuis rebus[h] fit. Itaq; licet mortis cauſa donatio interueniat: quaſi inter extraneas perſonas fieri intellegēda eſt in ea re, quæ quia aliena eſt vſucapi poteſt. C

* donaretur

XXVI. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SI eum qui mihi vēdiderit, iuſſerim eam rē vxori meæ donationis cauſa dare, & is poſſeſſionē iuſſu meo tradiderit, liberatus[i] erit: qa licet illa iure ciuili[k] poſſidere non intellegatur, certè tamen venditor nihil habet quod tradat. Ex quibus cauſis inter virū & vxorem conceſſæ ſunt donationes, ex iiſdem inter ſocerum & generum nurúmve cōceſſas D Neratius ait.[l] ergo ſocer genero mortis vel diuortij cauſa donabit: ſed & gener ſocero mortis ſuæ[m] vel diuortij[n] cauſa.

XXVII. MODESTINVS libro ſeptimo Regularum.

INter eos qui matrimonio coituri ſunt, ante nuptias donatio facta iure conſiſtit, etiam ſi eodem die nuptiæ fuerint conſecutæ.[o]

XXVIII. PAVLVS libro ſeptimo ad Sabinum.

SI id quod donatum[p] ſit, perierit,[q] vel conſumptū ſit: eiꝰ qui dedit eſt detrimētum: merito:[r] quia manet res eius qui dedit, ſuamq́; rem B perdit. Si quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit, aut in doctrinā aut alimēta, nō ſeruatꝰ marito: quia ipſe miniſteriis eorū vtitur:[s] ſed illud ſeruatur, quod nutrici datū eſt ad educēdum: quia pro capite[t] quid dediſſet: quēadmodū ſi à prædonibus redimiſſet ſeruos dotales.[u] Si quas ſerui operas viri vxori prǣſtiterint, vel cōtra: magis placuit nullam habendam earum rationē.[x] Et ſanè non amarè, nec tanquam inter infeſtos[y] ius prohibitę donationis tra C ctandū eſt: ſed vt inter coniunctos maximo affectu, & ſolam inopiam timentes. Si ex decē donatis ſibi mulier ſeruū emerit, & is quinque ſit, quinq; petēda eſſe, apud Plautiū placuit: quēadmodū ſi mortuus eſt, nihil peteret. Si verò quindecim dignus ſit, nō plus q̃ decē pōt peti: quoniā eatenus donator pauperior factus eſſet. Quòd ſi ex decē duos ſeruos emerit, & eorū alter mortuꝰ ſit, alter decem dignus ſit: ſolet quæri.[z] Et pleriq; & Pōponius intereſſe putant vtrum vno pretio venierint, an di D uerſis. ſi vno, tota decē petēda: quemadmodū ſi vna res empta deterior facta eſſet,[a] vel grex, vel carrucha: & aliqua pars inde periſſet. ſi diuerſis, hoc ſolū petēdū quāti ſit emptus qui ſupereſt.[b]

a *Donatio.* rei alienæ.

b *Vxorē.* putātes donationem valere. Acc.

c *Donatio.* rei alienæ: vt j. l. proxi. Accur.

d *Sine vitio.* vt C. de contrahen. empt. l. ſi Gaudentius.

e *Altero.* ſ. caſu.

f *Vitium.* id eſt ſi quod vitium qualequale dicatur donationi obſtare propter matrimonium, quod tamen nō obſtat: vt infra proxi. dicitur.

g *Sed & ſi conſtante. Vſucapio.* vt ſupra l. proxi.

h *Rebus fit.* ſed & in aliena videtur pauperior maritus, ſi domino rei, quia ſibi cōmodauit, ad æſtimationē teneatur: & eo caſu non valet, aliàs ſic: vt hic, & j. pro dona. l. ſi vir vxori. Item contra ſupra eod. l. idē eſt. vbi dicitur quòd amittendo ſpē futuræ perceptionis dicitur pauperior. Sed dico qꝰ hæc ſpes quia ſit vſucapturus, eſt illicita: vnde ad eā nō datur reſtitutio: vt ſ. ex qui. cau. ma. l. nec vtilem. Sed ſecundū Azo. nōne ſemper tenetur nego. geſto. in ſubſidiū re vſucapta, ſaltem ſecundum nos? Reſpon. ante vſucap. impletā non tenetur: & ideo procedit vſucapio, quæ poſtea reſcinditur: vel nō tenetur: quia pretiū nō habuit cū donauit: ſecus vbi vendidit quis rem alienam. Accur.

i *Si eum. Liberatus.* non ipſo iure, ſed exceptione: vt infra de ſo. l. cum quis. §. j. quæ eſt contra. Sed contra ſ. e. l. iij. §. fin. Sol. vt j. eo. l. vir vxori. Accur.

k *Iure ciuili.* contradicenti donationi. Sed certe immo videtur poſſidere: vt infra de acquiren. poſſ. l. j. §. ſi vir vxori. Solu. dicunt quidam diſtinguendū an rem donet, vt tunc acquiratur poſſeſſio. an poſſeſſionem tantū, vt tunc nihi tranſeat. ſed hoc non valet per eandem legem. Alij dicunt, quòd ciuiliter non, vt hic: ſed naturaliter ſic: vt ibi. Tu dic quòd non quo ad effectum, cum cito poſſit reuocari: vt arg. C. communia. de l. fin. §. ſin autem.

l *Neratius ait.* & ex eis cauſis quibus prohibetur inter virum & vxorem, prohibetur inter ſocerum & generum: vt j. eo. cum hic §. oratio. Accur.

m *Mortis ſuæ.* ſcilicet filię. & ſic non eſt contra j. eo. l. mortis. Nam poteſt donare cauſa mortis non ſuæ, ſed filiæ: quia tūc diſſoluitur matrimoniū. Vel dicas, valet donatio cauſa mortis ſi filia prius moriatur: aliàs minimè: ſicut illa dicit: vt j. eo. l. cum hic ſtatus. §. oratio non ſolum. Accurſius.

n *Vel diuortij.* vt ſ. eo. l. ſed interim. in ſi. Accurſius.

o *Inter eos. Conſecutæ.* vt j. eo. l. Seia. §. virgini. Accur.

*Si id.* CASVS in principio huius l. eſt planus. {SI QVID IN PVEROS.} Vxor mea dedit mihi ancillas in dotem: & ego vir impendi in pueros. aut tunc cum poterant operari, & non repeto expenſas: quia eorum miniſteriis vtebar. aut nutriui: & ſic erant infantes, & non poterant operari: vel eos redemi ab hoſtibus: & hoc repeto. {ILLVD CONSTAT.} Vir conuenit dare vxori certū quid panis & vini pro alimentis. valet donatio in talem cauſam, quia non videtur donatio eſſe. Quid ergo ſi poſtquam conuenit vir antequā daret vxori, accepit vxor mutuo, & inde habuit? Dicit virum teneri ad dandū quantum ſit conſumptum de annuo. Secundo pone quòd vxor dedit c. in dotem viro: & ſtipulata eſt vſuras ab eo iiij. denar. vt inde ſe alat: & tandem ſolutum eſt matrimoniū? poterit mulier cōpenſare ſi ex aliqua cauſa à viro conueniatur: non autem poterit repetere vſuras. idē ergo, & cetera plana ſunt.

p *Donatum.* ſcilicet vxori.

q *Perierit.* etiam culpa vxoris. Accurſius.

r *Merito.* bona ratio: vt Cod. de pignera. actio. l. pignus. Validior tamen ratio eſt, quia hactenus reuocatur donatio, quatenus locupletior eſt qui accepit, ſecundum Ioan.

s *Vtitur.* vt infra eodem. ſed ſi vir. §. finali. & ſupra de vſufruct. l. ſicut impendia. & ſupra de ædilicio edicto. l. item ſi ſerui. §. quas.

t *Pro capite.* non pro miniſteriis quæ in vicem pecuniæ datæ expectaret.

v *Dotales.* vt argumētum ſupra de negot. geſt. l. nam & Seruius. Accurſius.

x *Rationem.* vt ſupra eod. l. ſi vir vxoris. & infra eod. ſed ſi vir ex lana. §. ſi vxor. Accurſius.

y *Infeſtos.* vt j. eo. l. ſed ſi vir. §. quod legaturus.

z *Solet quæri.* quid vel quantum repetatur.

a *Facta eſſet.* Adhuc tamen tanti ſit quanti empta fuit. & ſic not. quòd mulier ipſa tenebitur viro in tantum de nummis ſibi datis ab eo, in quantum ille pauperior, & iſta locupletior facta eſt: vt Cod. ſi quis alteri vel ſibi. l. multum. Aliter ſi ſeruus fuit mariti: quia tunc & de acquiſitis per eum tenetur: vt ſupra eod. l. de fructibus. & l. ſi vxor. quæ ſunt contra. Accurſius.

b *Qui ſupereſt.* vt ſ. eo. l. quod autem. §. idem diuus.

a *Eo quoque.* hoc ſic exaudio, ſi dubitatur an eſſet locupletior mortuo iam ſeruo. dicemus enim eam locupletiorem: & ſic de pecunia teneri: ne obſtet quod no. ſupra eo. §. ſi ex decem. ad quod infra eo. Vel forte hic ſciuit donationem non valere: vt ſupra de vſur. l. fructus.

A s *Valeat.* demum. Accurſius.

t *Conuenit.* vt ſ. eo. l. ſi id quod. §. ſi quas.

v *Facturam.* vt ſupra de rei vindic. l. ſin autem. §. in re petita. & infra de dol. exc. l. Paulus. & habet locum hoc etiam ſi ſciuerit donationem nō valere: ſicut diximus ſupra eo. l. ſi vxor filio. Accurſius.

b *Conſumptum.* & facit ſupra de peti. here. ſed & ſi. §. ſi quis re. & ſupra eo. quòd autem. §. ſi maritus. Accur.

c *Stipulata.* ſcilicet à viro, cum de ſuo ſe alebat: alioquin non valet donatio, cum ad virū fructus dotis ſpectēt propter onera matrimonij. Accur.

*Fructus dotis ad maritum ſpectant*

d *Licet ei.* vt peti poſſint: valet tamen vt ſoluti non detur repetitio. vt infra eodem. l. ſi ſtipulata. Vel peti poteſt actione in factum: vt ſupra de pactis dotalibus. l. inter ſocerum. §. conuenit: Accurſius.

e *De annuo.* id eſt de fructibus perceptis ex prædiis. Accurſius.

f *Conuenerit.* ex ſtipulatione facta.

g *Dotis iudicio.* id eſt actione ex ſtipulatu.

h *Compenſari.* marito ſi agat ex aliqua cauſa.

i *Si mulier. Emptus ſit.* ſed argum. contra ſupra quod metus cau. l. ſi ipſa. ibi, ſi vero in pecunia &c.

k *Eſſe veſtimenta.* ſpecificatione. Accurſius.

l *Vtilem.* rei vindic. ſecundum quoſdam: ſicut & aliàs in ſubſidium datur: vt infra eodem. l. vxor. Tu dic, in factū ad inſtar ferruminatorum: vt ſupra de rei vindic. l. in rem actio. §. item quæcunque.

m *Sed ſi vir. Cura, tamen viri eſſe.* ſed cur aliud hic quàm in ſuperiori caſu huius legis? Reſpon. exhibendi neceſsitas incumbit marito: idcirco iura fauent ei, vt tantum ratione præſentis vſus intelligam̄ eum poſſe donare, & in eam cauſam ſemper exiſtimemus eum donaſſe: in vxore ſecus, vt in ſuperiori caſu.

n *Lanipendia.* aliàs lanipendia: & aliàs lanapendia: ſcilicet carminando.

o *Confecta virilia.* à muliere operis ancillarum viri.

p *Si non virilia.* aut fecit vxor veſtimenta ſuo nomine, & muliebria: aut viri nomine, & virilia: aut ſuo nomine, ſed virilia. Accurſius.

q *Suo nomine.* id eſt mariti.

r *Illa.* ſcilicet donatio. Accurſius.

¶Iulianum putaſſe Pomponius refert, ſi quid per eum ſeruū quē ex nummis à marito donatis mulier [emerit] adquiſiſſet, forte legatū, hereditatē, aut part⁹ editus eſſet: eo quoq; [a] nomine petitionem faciendā eſſe. ¶Illud conſtat, ſi antequā à viro annuū acciperet mulier, ipſa de ſuo, aut etiam mutuata impenderit: videri tantum iam ex annuo conſumptum[b]. ¶Illud rectè dictum Celſus ait: Si dotis vſuras annuas vxor ſtipulata [c] ſit, licet ei [d] non debeantur: quia tamē quaſi de annuo [e] conuenerit[f] peti quidē dotis iudicio[g] non poſſunt, compenſari[h] autē poſſunt. Idem ergo dicemus in qualibet pactione annui nomine facta.

B

XXIX. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

SI mulier ex pecunia donata emptum ſeruū vendidiſſet, & alium emiſſet, poſteriorem periculo mulieris eſſe Fulcinius ſcripſit: quod non eſt verum, licet nō ex re mariti emptus ſit[i]. ¶Si vir vxori lanam donauit, & ex ea lana veſtimenta ſibi confecit: vxoris eſſe veſtimenta[k] Labeo ait.

C

XXX. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

VTilem [l] tamen viro competere.

XXXI. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

SEd ſi vir [ex] lana ſua veſtimentū mulieri confecerit: quāuis id vxori confectum fuerit, & vxoris cura [m], tamen viri eſſe: neque impedire, quòd in ea re vxor tanquam lanipendia [n] fuerit, & viri negotiū procurarit. ¶Si vxor [ex] lana ſua operis ancillarū viri, veſtimenta ſuo nomine confecit muliebria: & veſtimēta mulieris eſſe, & pro operis ancillarū viro præſtare nihil debere: ſed viri nomine veſtimenta confecta [o] virilia, viri eſſe: vt is lanæ pretiū vxori præſtet. Sed ſi nō virilia[p] veſtimenta ſuo nomine[q] mulier confecit, ſed ea viro donauerit, nō valere donationem: cum illa[r] valeat [s], cū viri nomine confecit: nec vnquam operas ancillarum viri æſtimari conuenit[t].

D

*Pro ſpecificatis competit viro contra vxorem vtilis actio. ſed ſi vir ex ſua lana veſtimenta vxori confecerit, cenſentur etiam veſtimenta viri. h. d. cum l. ſequen. in prin. Baldus.*

Si vir vxori aream donauerit, & vxor in ea inſulam ædificauerit, ea inſula ſine dubio mariti eſt: ſed eā impenſam mulierem ſeruaturā placet. Nam ſi maritus vindicet inſulam: retentionem impenſæ mulierem facturam[u]. Si duo mancipia fuerint ſingula quinis [x] digna, ſed vtrumque vnis quinque donationis cauſa à viro mulieri, vel contrà venierint: melius dicetur communia [y] ea eſſe pro portione pretij: nec tādem ſpectandum eſſe quāti mācipia[z] ſint: ſed quātū ex pretio donationis cauſa ſit remiſſum. Sine dubio licet à viro vel vxore minoris emere, ſi non ſit animus donādi[a]. ¶Si vir vxori, vel contra, quid vēdiderit vero pretio, & donationis cauſa paciſcantur[b] ne quid venditor ob eā rem præſtet, vidēdum eſt quid de ea venditione agatur: vtrum res venierit, & totum negotium valeat; an vero vt ea ſola pactio irrita ſit: quemadmodū irrita eſſet, ſi poſt contractā emptionem [c] nouo conſilio inito id pacti fuiſſet actum. Et verius eſt pactū dūtaxat irritum[d] eſſe. Idem dicemus ſi donatiōis cauſa pacti ſint, ne fugitiuū aut errorē præſtēt: id eſt integras eſſe actiones ædilicias [e] & ex empto[f]. ¶Quod vir vxori in diem debet, ſine metu donationis preſens ſoluere poteſt[g] quāuis cōmodū temporis retēta pecunia ſentire potuerit. [h] ¶Quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relictur⁹ es, potes rogatus à me vxori meæ relinquere: & nō videtur ea eſſe donatio [i]: quia nihil ex bonis meis deminuitur: in quo maximè maiores donāti ſuccurriſſe Proculus ait, ne amore alteri⁹ alter deſpoliaretur: nō quaſi maliuolos[k], ne alter locupletior fieret. ¶Si vir vxori munus immodicū[l]

x *Quinis.* id eſt quilibet valebat quinque: & ſic x. ſicut exponitur infra de leg. j. l. ſi quis teſtamento.

y *Communia.* viri & mulieris.

z *Mancipia.* vt ex hoc ipſo venditio infirmetur, quòd res maioris pretij ſit: quod eſſet abſurdum. Sed contra ſupra eodem. l. ſi ſponſus. §. circa. Solut. hic medietatem erat aliàs venditurus: & ideo in eo tenet venditio. aliam vero medietatem non erat venditurus: quare in ea venditio valere non poteſt. vel forte quod hic dicitur, obtinet ſecūdum Iulian. non ſecundum Neratium: vt ibi. Accurſius.

a *Donandi.* nota affectus operi tuo nomen imponit: vt Cod. de ſica. l. j.

b *Paciſcantur.* incontinenti. Accurſius.

c *Emptionem.* ex interuallo. Accurſius.

d *Irritum.* ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo ſit interpoſitum.

e *Aedilicias.* aliàs honorarias: aliàs ædilicias: quod eſt idem.

f *Ex empto.* argu. contra Io. qui dicit, quāto minoris actionem eſſe ex empto.

*Quāto minoris actio, eſt ex empto.*

g *Soluere poteſt.* ſicut debitor in aliorū creditorum fraudem: vt infra quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. ſi cum in diem. ſed ibi fit reuocatio.

h *Potuerit.* nec æſtimabitur donatio remiſsiōe dilationis temporis: ſicut nec pignoris: vt infra quæ in frau. cre. l. ſi pignus. & ſupra quib. mo. pig. vel hypo. ſol. l. j. Accurſius.

i *Donatio.* immo videtur quòd ſic: vt ſupra eo. l. idemque. quæ eſt contra. Solut. hic forte non fuit relictum contemplatione viri, quamuis eius rogatu. Vel aliter ibi ille qui tradidit, dare voluit mulieri: hic autē noluit legare. Vel forte aliud in donatione, vt ibi: quàm in relicto, vt hic: vt ibi plene diximus.

k *Maliuolos.* vt ſupra eo. l. ſi id quod. §. ij.

l *Immodicum.* id eſt ſupra vires dotis: vt ſupra e. l. ex annuo.

Kalēdis Martiis †, aut natali die dediſſet, donatio eſt [a]: ſed ſi impenſas [b] quas faceret mulier, quò honeſtius ſe tueretur, contra eſt. ¶Non videtur locupletior facta eſſe mulier, ſi aut in obſonio aut in vnguentis [c], aut in cibariis familiæ donatam ſibi pecuniā impenderit. ¶Quę vir cibaria vxoris familiæ iumentiſve præſtiterit, quæ in vſu communi erant, non condicentur [d]. quòd ſi familiam domeſticam vxoris aut venaliciam pauit: contrà puto obſeruari debere [e].

*Donatio inter coniuges morte donatoris ſuperſtite donatario confirmatur. hoc dicit. Bart. & de tali donatione Falcidia detrahitur, ſicut ſi res donatæ fuiſſent in teſtamento relictæ. hoc dicit vſque ad §. ait oratio. Bartolus.*

XXXII. VLPIANVS libro trigeſimotertio ad Sabinum.

CVm hic ſtatus eſſet donationū inter virū, &

a *Donatio eſt*. & ideo reuocanda. Io.

b *Impenſas*. ſ. aliquas dediſſet. Accur.

c *In vnguentis*. vt ſupra eo. l. quod autem. §. ſi maritus. & j. eo. ſi prædia. §. item cum quæritur. Accurſius.

d *Non condicentur*. vt s̄. eo. l. ſi id quod. §. ſi quid. Accur.

e *Debere*. ſed & tunc diſtingui poteſt: vt C. de nego. geſt. l. ſi patrono.

† *Kalendæ Martij fœminis Romæ ſolemnes erant. Vnde à Iuuenale Saty. 9. fœmineæ Kalendæ nuncupantur. En cui tu viridē vmbellam, cui ſuccina mittas Grādia, natalis quoties redit, aut madidū ver Incipit, & ſtrata poſitus longaq; cathedra, Munera fœmineis tractas ſecreta Kalendis. Huius rei meminit Macro. lib. Sat. I. Bud. hic.*

*CVm hic ſtatus.* CASVS. Dicit ſupra l. j. donationes inter coniuges non valere: & in hoc ſtatu extiterunt vſque adhuc. Nunc autem imperator vocans ſenatores ſuaſit eis oratione, vt ſtatuerent, & ipſe cum eis, vt in aliquo relaxentur donationes: vt ſcilicet morte confirmentur donantis: niſi prius pœnituerit: & hoc factum eſt. Secundo dicit, quòd hoc habet locū in quacunque donatione quam facit vir in vxorem: ſiue emendo aliquid eius nomine volens donare ei: ſiue alio modo. Et de hac donatione detrahitur Falcidia, ſi opus eſt, ſicut de legatis: nam confirmatur morte, vt & ea in teſtamento relinquatur. {AIT ORATIO.} Vir qui donauit vxori: ſi vult pœnitere dum viuit, poteſt: ſed ſi non pœnitet, heres non pœniteat. Secundo dicit? quòd ille intelligitur pœnitere, qui in pœnitentia perſeuerat. Ceterum ſi redeat in primam voluntatem, vt velit donationem eſſe, erit donatio confirmata morte. ſic & legata poſſunt adimi, & ei iterum legari: & ſic eſt voluntas ambulatoria: & hoc ſi pœnituerit: & hoc conſtat, etiam heres reuocat. ſed ſi eſt dubium, pœnituerit, vel non: præſumitur non pœnituiſſe. {SI MARITVS.} Donaui vxori meæ fundum: deinde pignoraui, & creditori tradidi. Dicit quòd videor pœnitere donationis. Secundo affert caſus vt pignorando non videar donum reuocare. Primus, ſi huius fuit propoſiti eum obligans cum creditori tradit: tamen pignus apud mulierem remanſit: & ipſa vult ſatisfacere creditori. Secundus, vt ſi primo obligauit: & poſtea donauit. Item addit quando primo donauit: & poſtea obligauit animo amouendi donum. quòd ſi vult ſatisfacere: quòd conſequitur à creditore, cui promittit creditor vt cedat actiones contra heredes viri, ſcilicet pro debito. {SI MARITVS.} Vir donauit vxori fundum: deinde vir conſcius alicuius criminis, & ad mortem damnandus potius ſe præcipitauit: vel alio modo ſe occidit. Dicit quòd infirmatur, non confirmatur donatio. Secundo dicit: idem eſt ſi poſt mortem inueniatur fuiſſe reus criminis læſæ maieſtatis: & per hoc eius memoria damnata. Tertio dicit ſecus eſſe ſi reus criminis donat alij extraneo inter viuos non cauſa mortis. nam non irritatur. licet poſtea ſibi conſciuit mortem. {SI MILES.} Titius miles commiſit delictum militare: vt quia alienauit arma: de quo damnatus fuit à præſide: ſed in ſententia fuit ei permiſſum vt nihilominus poſſet poſtea facere teſtamentum in caſtrenſibus bonis. hic quidem ſi donauit vxori ante ſententiā, confirmatur morte: nam & poſt damnationē poterit donare cauſa mortis. {QVOD AIT ORATIO.} Vir donauit vxori x. & illa amiſit: ita quod non eſt locupletior. an cōfirmetur morte? Reſpon. quòd non: quia non eſt quod confirmetur, cum neque pœnitendo poterit vir reuocare. Secundo dicit: pone ꝙ mulier reddidit viro de ſuo alia x. quæ ſalua ſunt, & prædecedit vir. quæritur an mulier poſsit repetere ab herede viri? Et dicit ꝙ ſic: neque poteſt heres viri obiicere compenſationē. De aliis x. male cōſumptis, ſcilicet amiſsis retro, dicit ſecus ſi matrimonium tollatur diuortio: vt ecce donaui vxori meæ x. quæ perdidit: hæc de ſuo mihi nō reddidit alia x. quæ ſalua habeam. tandem diuertimus: & ſi ipſa à me repetit x. quę habeo, an ego obiicio cōpenſationem de x. amiſsis? Dicit quod poſſum. {SI DIVORTIVM.} Donauit vir vxori x. prædecedit donataria: infirmatur donatio: vel ſi ſit diuortiū, infirmatur donatio: niſi de nouo velit vir donare, vel confirmare quod fecerat. Dicit quis, qualiter diuertens donat? Reſpon. bene: quia quidā plano animo diuertunt. Secundo, diuertit donans ab vxore: tandem reconciliatur, & præmoritur: dicit quòd cōfirmatur donatio, ſiue perſeuerauit durāte diuortio in eadem voluntate, ſiue non. Tertio, ſi rixa interuenerit inter virum & vxorem, & pacificata eſt: confirmabitur morte præcedens donatio: quia matrimonium durauit. {SI AMBO.} Primo quærit, ſi vir donator & vxor donataria ab hoſtibus capiantur: an cōfirmetur donatio: ſed nō ſoluit nunc. Secundo quærit, ſi ambo decedāt ſimul donator & donataria: puta in naue ſubmergātur: aut apparet quis primo depoſuit ſpiritum, & certum eſt quid ſit: aut eſt dubium? Et dicit confirmatam donationem: & hoc ideo quia non prędeceſsit donataria. ſi ſimul decedant: tunc ſi inuicem ſibi donēt vir & vxor, & ambo ſimul moriuntur, idem eſt. Tertio dicit idē in donatione cauſa mortis quam inuicē duo coniuges ſibi faciunt: & ambo ſimul moriuntur, quod confirmetur. Quarto ſoluit primam, inquirendo diligentius circa eam, & ſoluit: quia aut nullus eorum reddit, & vidētur ambo mortui prima hora captiuitatis: & qui prius capitur, fingitur prius mori, & ſic confirmatur donatio. aut alter tantum rediit: & præſumitur quòd ipſe ſuperuixerit, & ſibi facta confirmatur. {QVI QVASDAM.} Vir donauit vxori quaſdam res, poſtea legauit quaſdam ex his. eas videtur adimere vxori quas legat: aliàs non. hoc eſt autem verum quando poſtea legauit. Item ſecus etiā ſi poſtea legat, ſi modo exprimat quòd non animo adimendi faciat. {ORATIO.} Non ſolū prohibetur donatio inter coniuges, ſed etiam inter eos qui tangunt eos per poteſtatem: & ſicut quandoque permittuntur inter coniuges, vel morte confirmantur: ita confirmātur inter alios: vt ecce ſocer donauit nurui. licet non valet: ſi tamen præmoritur filius, & ſic ſoluitur matrimonium: poſtea decedit ſocer in eadem voluntate perſeuerans. confirmatur morte. {SI NVRVS.} Si nurus donauit ſocero, & præmoritur: confirmatur donatio. Secundo econtra ſi præmoritur ſocer, an confirmetur? Et reſpon. diſtinguēdo vt in text. {SI SOCER.} Duo dicit. Primo ſocer donauit nurui: demum repudium ei nurui miſit: ſed eius filius non eam dimittit: ſed concorditer cum ea ſtetit. Dicit quòd irrita eſt donatio: quia quantum eſt inter ſocerum & nurum, videtur factum diuortium: quamuis quo ad filium non. {PROINDE.} Duo conſoceri inuicem donauerant: & poſtea repudium miſerunt. idem eſt quòd quantum ad eos videatur diuortium: & ſi eſt donatio, infirmetur. Idem eſt & ſi inuito filio repudium factum à ſocero eſt, irritaque eſt donatio. Secūdo adiicit, quòd ad hoc vt dicta donatio facta inter ſoceros morte confirmetur, oportet ſocerum donantem durante matrimonio & filio in poteſtate perſeuerante præmori: & filium poſtea antequā nurus. Tertio adiicit: Pone quòd ſocer qui donauit conſocero, emancipauit filium: certe iam non confirmatur donatio morte. {SI SPONSVS.} Sponſus per verba de futuro donat ſponſæ hoc animo vt deinde ſecuto matrimonio valeat donatio. quæritur an confirmetur morte donantis ſecuto poſtea matrimonio? Et videtur quòd non: quia oratio confirmat eam donationem quæ fit inter coniuges per verba de præſenti: ſed tamen dicit quòd ſententia orationis huius trahitur vt morte confirmetur. {SIVE AVTEM.} Debebat vxor viro ex cauſa mutui centum: vir liberauit eam per acceptilationem: quæritur an hæc liberatio confirmetur morte? Et dicit quòd ſic: & ita hæc acceptilatio eſt in pendenti quo ad verba: hoc eſt in pendenti quo ad effectum: nam demum præmoriente viro confirmatur: & ita apparet ſiue res ſit donata, ſiue liberatio facta, quòd ea confirmatur morte. {SI INTER VIRVM.} Tria dicit. Primo vir volens donare vxori, fecit cum ea ſocietatem, ex qua pepigit totum lucrum eſſe mulieris: & tamen ipſa nihil præſtabat. hæc quidem ſocietas non valet neque inter coniuges, neque inter alios: nec actio pro ſocio naſcitur: eſt tamen donum: & ideo morte confirmatur. Secundo dicit idem ſi fingebat nunc vendere cum donaret vxori. Tertio, ſi vendit vir vxori pro quinquaginta quod valet c. vel vendidit pro c. ſed poſtea pretium remiſit: eſt quidem donum: ſed morte confirmatur. {SI QVIS SPONSAM.} Titius quandam puellam habentem decem annos tantum, duxit in vxorem, & duxit domum: & poſtea donauit ei quaſdam res. quæritur, an valeat donatio, cum non ſit vxor? Et videtur quòd ſic: ſed tamē diſtinguendū eſt: aut prius erat ſponſa per verba de futuro, & perſeuerat ſponſa: & valet donatio: vt in ſponſa aut non præceſſerant ſponſalia: & tunc non valet, neque morte confirmatur. nam non eſt ſponſa, neque vxor: & hoc de ea quæ potuit de iure eſſe ſponſa. Sed quid ſi de iure non potuit eſſe ſponſa: vt quia liberta cum ſenatore, vel pupilla cum tutore, & fiat donatio, an valeat? Et dicit quòd non: ſed aufertur vt indigno, & applicatur fiſco. Viuianus.

*Retulimus.*

vxorem, quem antea retulimus:[a] imperator noſter Antoninus Auguſtꝰ ante exceſſum[b] diui Seueri[c] patris ſui, oratiõe in ſenatu habita, auctor fuit ſenatui cẽſendi, Fuluio Aemiliano & Nummio Albino conſulibus, vt aliqd laxaret[d] ex iuris rigore. Oratio autẽ imperatoris noſtri de cõfirmãdis donationibꝰ[e] non ſolũ ad ea pertinet, quę nomine vxoris à viro cõparata[f] ſunt, ſed ad oẽs donationes inter virũ & vxorem factas: vt ipſo iure res fiant eiꝰ, cui donatæ[g] ſunt, & obligatio ſit ciuilis:[h] & de Falcidia, vbi poſsit locũ habere, tractandũ ſit. cui locũ ita fore opinor,[i] quaſi teſtamẽto ſit cõfirmatũ,[k] qđ donatũ eſt. Ait oratio. *Fas eſſe, eũ quidẽ qui donauit, pœnitere: heredẽ verò eripere forſitã[l] aduerſus voluntatẽ ſupremam eius qui donauerit, durũ & auarum eſſe.*

Pœnitentiã accipere debemus ſupremam. proinde ſi vxori donauit, deinde eum pœnituit,[m] mox deſiit pœnitere: dicendũ eſt donationem valere, vt ſupremũ eius ſpectemus iudiciũ: quemadmodũ circa fideicommiſſã ſolemus, vel in legatis, cũ de doli exceptiõe oppoſita tractamus: vt ſit ambulatoria voluntas[n] eius vſque ad vitę ſupremum exitum. Sed vbi ſemel donatorem pœnituit, etiam heredi reuocandi poteſtatem tribuimus, ſi appareat defunctũ euidenter reuocaſſe voluntatem. quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet iudex ad comprobandam donationem.[o]

*Si vir obligat rem quam vxori donauit, reuocatur donatio: niſi non habuerit animum reuocandi: quæ aliàs valet vbi nõ habuit animum reuocandi.* Bald.

Si maritus ea quæ donauerit, pignori dederit: vtiq; eũ pœnituiſſe dicemus,[p] licet dominiũ retinuit. Quid tamẽ ſi hoc animo fuit, vt vellet adhuc donatũ? finge in poſſeſsionẽ precariã[q] mulierem remãſiſſe, paratãq; eſſe ſatisfacere creditori. dicẽdũ eſt donationem valere. Nã ſi[r] ab initio ei rem obligatã hoc animo donaſſet, dicerẽ vim habere donationem, vt parata ſatisfacere mulier haberet doli exceptionẽ: quinimmo & ſi ſatisfeciſſet,[s] potuiſſe eã per doli exceptionem conſequi vt ſibi mandentur[t] actiones.

*Si coniunx donator vel donatarius efficiatur ſeruus, donatio extinguitur.* B.

B Si donator ſeruus fuerit effectus priuati:[u] dicendum eſt, non impletã ſed peremptam donationem: quamuis morti ſeruitus cõparetur.[x] Proinde & ſi ipſa in ſeruitutem redigatur cui donatũ eſt: extincta erit donatio.

Si maritus vxori donauerit, & mortẽ ſibi ob ſceleris conſcientiã conſciuerit, vel etiã poſt mortem memoria eius damnata ſit: †reuocabitur donatio:[y] quãuis ea quæ aliis donauerit[z] valeant,[a] ſi non mortis cauſa donauit. Si miles vxori donauerit de caſtrenſibus bonis, & fuerit

C dãnatus:[b] quia ꝑmiſſum eſt ei[c] de his teſtari, ſi modò impetrauit vt teſtetur cũ damnaretur,[d] donatio valebit: nam & mortis cauſa donarẽ poterit, cui teſtari permiſsũ eſt.[e] Quod ait oratio, *conſumpſiſſe*,[f] ſic accipere debemus, ne is qui donationem accepit, locupletior factus ſit. ceterũ ſi factus eſt, orationis beneficiũ locum habebit. Sed etſi non ſit factus locupletior, dederit[g] tamen tantam[h] quantitatem, eaque exſtet: * dicendum eſt, ſi is

D deceſsit qui factus eſt locupletior,[i] poſſe[k] repetere id quod dedit: nec cõpẽſare[l] id quod conſumpſit:[m] quãuis diuortio ſecuto[n] hæc compenſatio locum habeat.

*Donatio facta inter coniuges reuocatur facto diuortio, mortis donatarij interuẽtu: ſed licet diuortiũ fiat, ſi tamen matrimoniũ reſtauretur, donatore poſtea moriente reconualeſcit donatio.* Bald.

Si diuortiũ poſt donationẽ interceſsit, aut prior deceſſerit q donũ accepit, veteri iuri ſtatur: hoc eſt, ſi maritꝰ

a *Retulimus.* vt non valeret: vt ſ. e. l. j. & ideo reuocaretur in quãtũ donatarius locupletior, & donator pauperior eſſet: vt ſ. eo. ſi ſponſus. §. circa. & l. ſi id quod. §. ſi ex decem. Accur.

b *Exceſſum.* id eſt mortem.

c *Seueri.* Seuerus pater, Antoninus filius.

d *Laxaret.* ſenatꝰ permittendo eas morte confirmari. Accur.

e *Donationibus.* ſcilicet morte. Azo.

f *Comparata.* de quibus ſpecialiter locutꝰ eſt imperator. Accur.

g *Cui donatæ.* ſecuta confirmatione.

h *Ciuilis.* veluti ſi remiſit obligationem, aget vxor vt liberetur. Vel aliter ſi actiones ſibi cõpetentes aduerſus alium donauit ſuperſtiti coniugi præmoriens: vel ſi de euictione pro re donata promiſit: & hoc ne ſit contra. ſ. eod. Papinianus. Accurſius.

i *Opinor.* vt C. ad l. Fal. in donationibus.

k *Confirmatum.* tacite eo ipſo quod non eſt retractatum: ſed etiam expreſsim confirmari poteſt: vt j. de auro & arg. lega. l. Quintus. & l. vxori. Accurſius.

l *Forſitan.* forte ideo dicit, quia aliud forte in extremis conſtitutus voluit, licet id non expreſsit: ſed nos credimus ipſum in prima perſeueraſſe volũtate, cum expreſsim nõ reuocauerit: vt ſupra de proba. l. cum tacitum. Accurſius.

m *Pœnituit.* i. in ea pœnitentia perſeuerauit.

n *Voluntas.* vt infra de adimen. le. l. iij. in fi. Accurſius.

o *Donationem.* ſed arg. contra. j. de reg. iu. l. in re obſcura.

p *Dicemus.* vt j. e. l. §. qui quaſdam. & C. e. l. ſi maritus. Sed contra inſtit. de leg. §. ſi rem ſuam. & ſ. de pet. here. ſed & ſi lege. §. ſimili modo.

q *Precariam.* quia precibus impetrauit à creditore.

r *Nam ſi.* bene dico quòd ſi ante donauit, & poſtea obligauit, nõ tamen animo adimendi: quod valeat donat. nam hoc eſt ſi primo obligauit, & poſtea donauit.

s *Satisfeciſſet.* id eſt ꝓmiſiſſet de ſatisfaciendo, vt addat prædictis. Accurſius.

t *Mandentur actiones.* à creditoribus contra heredes pro pecunia quam ſoluit: & tunc contraria pigneratitia ceditur: & actio perſonalis quæ pro debito dabatur. Vel dic conſequi ab herede mariti ex aliqua cauſa agente contra ſe: & tunc rei vin. mandabitur ſcilicet contra creditores, vel directa pigneratitia.

v *Priuati.* hominis. ſecus ſi pœnæ: vt C. eo. l. res vxoris. quæ eſt contra. Accurſius.

x *Comparetur.* vt in aut. de nupt. §. ſi vero decretum. col. iiij. non tamen in omnibus. Io. Sed ecõtra manumiſsio ſimiliter eſt ſimilis morti: vt j. de ſolu. ſi mihi. Accurſius.

y *Donatio.* vt C. qui teſta. facere poſſunt. l. ſi is. in fin. Acc.

z *Donauerit.* ſ. inter viuos, non coniugi.

a *Valeant.* vt infra de donat. l. poſt contractum.

b *Damnatus.* ante donationem.

c *Eſt ei.* ab ipſo præſide qui eũ damnauit: vt infra de leg. iij. l. ſi quis. in princ. §. miles. & intellige de delicto militari: vt infra de iniuſt. teſt. ſi quis filio. §. irritum. & in caſtrenſibus, non in aliis: vt hic, & C. de teſta. mili. l. & militibus.

d *Damnaretur.* teſtabitur enim de alienis: arg. infra de condic. l. conficiuntur. §. ſi quis poſt.

e *Permiſſum eſt.* & etiã ille cui non permittitur quandoque: vt infra de donat. cau. mor. l. tam is qui. in princ. & §. j.

f *Conſumpſiſſe* q d. ceſſat oratio ſi donatarius dicatur conſumpſiſſe, cum non eſt quid confirmetur. Accur.

g *Dederit.* id eſt reddiderit ille qui accepit, nec eſt locupletior factus.

h *Tantam.* id eſt tantundem.

i *Locupletior.* id eſt ille cui eſt reddita.

k *Poſſe.* eum qui dedit id quod extat, ab herede eius cui dedit.

l *Compenſare.* ſubaudi poſſe heredẽ eius qui factus eſt locupletior.

m *Conſumpſit.* ille qui agit, ſcilicet conſumpſit, cũ non fuerit tamẽ locupletior factus.

n *Secuto.* vt ſupra eo. quid autem. §. ſi vir & vxor. Sed quæ eſt diuerſitatis ratio? Reſp. donatio morte donantis confirmatur: quare heres vxoris meæ, quę mihi donauit quod in vtilitatem meã eſt vel non eſt verſum, vt poſte donatione confirmata morte, me conuenire non poterit. ſi quid vero ego donaui vxori; quod in eius vtilitatem eſt verſum, repetere ab eius herede potero: quia nõ tantũ confirmata, ſed etiã reuocata, pręmoriente ea cui donatum eſt, videtur eſſe donatio: vt C. eo. l. ſi maritus. per diuortium autem neutra confirmatur, ſed vtraque reuocatur: vt ſ. e. ſed interim. §. ſi maritus. & ideo contingit vt ſi ex donatione ad repetendum agatur, hinc inde obiiciatur compenſatio.

†Rationem huius vide apud Alciat. li. Parerg. 6. c. 27.

* eſt.

vxori [a] donatum vult, valet donatio: [b] quod ſi non vult, extinguitur. [c] Pleriq; enim cũ bona gratia diſcedunt: [d] plerique cũ ira ſui animi & offenſa. Quid ergo ſi diuortiũ factũ eſt, deinde matrimoniũ reſtauratur: & in diuortio vel mutata eſt voluntas, vel eadẽ durauit, reſtaurato tamẽ matrimonio, [e] & voluntate donatoris reconciliata: an donatio duret, ſi cõſtãte matrimonio donator deceſſerit? Et poteſt defendi valere. Quod ſi diuortium nõ interceſſerit, ſed fribuſculũ,* [f] profecto valebit donatio, [g] ſi fribuſculũ quieuit. [h] Si mulier & maritus diu ſeorſum quidẽ habitauerint, ſed honorẽ inuicem matrimonij habeãt: (quod ſcimus interdũ & inter conſulares perſonas ſubſecutũ) puto donationes nõ valere, quaſi durauerint nuptiæ. Nõ † enim coitus matrimoniũ facit, ſed maritalis affectio. [i] Si tamẽ donator prior deceſſerit, tunc donatio valebit.

*Si donatio eſt facta inter virũ & vxorem, & ambo deceſſerint: ſi conſtat quis primo deceſſerit, ſtamus tertio. ſi vero non apparet quis primo deceſſerit: donatio confirmatur. ſi verò tam vir quàm vxor inuicem donantes ab hoſtibus capiantur, & apud hoſtes moriantur: donatio cõfirmatur. quaſi tempore capturæ mortui videantur, ſed ſi alter ex eis ab hoſtibus redeat, ille videtur ſuperuixiſſe qui rediit. h.d. vſque ad. §. qui quaſdam.* Bald.

Si ambo ab hoſtibus capti ſint, & qui donauit, & cui donatũ eſt: quid dicemus? Et prius illud volo [k] tractare. [l] Oratio, ſi antè mors cõtigerit ei cui donatũ eſt, nullius mométi donationẽ eſſe voluit. Ergo ſi ambo deceſſerint, naufragio fortè, vel ruina, vel incendio, quid dicemus? Et ſi quidẽ poſſit apparere quis antè ſpiritũ poſuerit, [m] D expedita eſt quæſtio. Si verò non appareat, difficilis quæſtio eſt: & magis puto donationẽ valuiſſe: [n] & his* ex verbis orationis defendimus. ait enim oratio: *Si prior vita deceſſerit, qui donatum accepit*. Nõ videtur autẽ prior vita deceſſiſſe, qui donatũ accepit, cũ ſimul deceſſerit. [o] Proinde rectiſsimè dicetur, vtraſq; donationes valere, ſi fortè inuicẽ donationibus factis ſimul deceſſerint: quia neuter alteri ſuperuixerit, licet de cõmorientibus oratio non ſenſerit. Sed cũ neuter A alteri ſuperuixerit, donationes mutuæ valebunt. Nã & circa [p] mortis cauſa donationes mutuas id erat cõſequẽs dicere, neutri [q] datã condictionem. [r] Locupletes igitur heredes donationibus relinquẽt. Secundũ hæc, ſi ambo ab hoſtibus ſimul capti [s] ſint, amboq; ibi deceſſerint non ſimul: vtrũ captiuitatis ſpectamus tẽpus, vt dicamus donationes valere, quaſi ſimul deceſſerint: an neutrã, [t] quia viuis eis finitũ eſt matrimoniũ: an ſpectamus vter prius deceſſerit [u], vt in eius perſona nõ valeat donatio: B an vter [x] rediit, [y] vt eius [z] valeat? Mea tamen fert opinio, vbi nõ reuerterunt, vt tẽpus ſpectandũ ſit captiuitatis: quia tunc defecerint. quod ſi alter redierit, eũ videri ſuperuixiſſe, quia rediit. Qui quaſdam res ex his quas donauerat, legaſſet, quaſdã nõ: nõ videbitur ceteras noluiſſe ad vxorem pertinere: [a] plerunque enim antea legat, poſtea donat: [b] vel alia cauſa fuit [c] legandi. [d]

*Donatio facta inter coniuges, morte donatoris confirmatur: ita donatio facta inter quaſcunque perſonas inter quas matrimonium eſt prohibitum.* Baldus.

C Oratio non ſolũ virum & vxorem cõplectitur, ſed etiã ceteros qui propter matrimonium donare prohibẽtur: vt puta donat ſocer nurui, vel cõtrà: vel ſocer genero, vel cõtrà: vel cõſocer cõſocero, qui copulatos matrimonio in poteſtate habẽt. nã ex mẽte orationis his quoq; omnibus permiſſum eſt in eundẽ caſum [e] donare. & ita & Papinianus libro quarto reſponſorũ ſenſit. Sic enim ſcribit: Socer nurui vel genero donauit: poſtea [f] filius eius vel filia conſtãte matrimonio vita deceſsit. quãquã vitiũ donationis perſeueret: [g] tamẽ ſi ſocer nullã quæſtionem donationibus intulit, poſt mortem eius cõtra heredes orationis ſententia videtur interuenire. nam quæ ratio donationẽ prohibuit, eadem beneficiũ datũ implorauit. Vt igitur valeat donatio iſta, Papinianus exigit vt & filius eius qui donauit, ante deceſſerit: & ſocer poſtea durante voluntate. [h] Si filiusfamilias qui caſtrenſe peculiũ habet, vel quaſi caſtrenſe, vxori donet: filij perſonã & mortem ſpectabimus. [i] Si nurus ſocero donauerit: mortem nurus, & perſeuerantem in ſupremam diem volũtatem ſpectare nos oportet. Quod ſi ſocer ante deceſſerit: dicemus exſtinctam donationem? an quia maritus viuit, ſi vxori ſuæ ſuperuixit, admittimus vim habere donationem? Et ſi quidẽ [k] maritus ſolus ſocero heres exſtitit, quaſi noua donatio in maritũ collata ſeruari poteſt: vt illa finita ſit, alia cœperit. [l] ſin verò filius heres patris non eſt: finita erit donatio,

a *Vxori*. quæ diuertit: vt infra pro donato. l. j. §. iij.
b *Donatio*. poſt diuortium facta: quæ ante non valuiſſet: vt argu. ſupra de pac. do. l. licet. Accurſius.
c *Extinguitur*. vt infra ead. l. §. ſi ſocer. & l. vitricus. §. j. & l. & ideo. Accurſius.
d *Diſcedunt*. quod hodie non licet: vt in authen. vt lice. ma. & auię. §. quia vero ex cõſenſu. col. viij.
e *Tamen matrimonio*. illud tamen, aduerſatur ei quod dictum eſt de voluntate mutata.
f *Fribuſculum*. id eſt diſſolutum non fuerit ob id fribuſculum, matrimonium. R.
g *Donatio*. præmoriatur donator. Accur.
h *Quieuit*. aliàs ex ingratitudine intelligitur reuocata: vt argu. j. de adimen. lega. l. iij. §. fina.
i *Affectio*. vt infra de regu. iur. l. nuptias. & Cod. de diuor. l. fina. j. reſpon.
k *Volo*. aliàs voluit.
l *Tractare*. id eſt illud in medium volo proponere.
m *Poſuerit*. id eſt depoſuerit.
n *Valuiſſe*. ſed argum. contra j. de reg. iur. l. in re obſcura.
o *Simul deceſſerint*. nõ dico ſimul. id eſt in eodem tempore: ſed ſimul, id eſt vnus & alter: neſcitur tamẽ quis prius deceſſerit: vt infra de re. du. ſi inter virum. Secus autem eſt cum de onere dotis quæritur: quia mulier prius mortua præſumitur: vt ſupra de relig. l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. & infra de reb. du. l. qui duos. §. ſi maritus.
p *Nam & circa*. bona ar. vt infra de do. cau. mor. l. ſi hi qui inuicẽ. Accur.
q *Neutri*. id eſt heredi neutrius.
r *Condictionem*. ad repetendum.
s *Capti*. ſcilicet ſimul.
t *An neutram*. dicemus valere: vel quod vxor marito, vel quod maritus vxori donauit: quia viuis eis finitum eſt matrimoniũ perinde ac ſi diuortiũ interueniſſet.
v *Deceſſerit*. in captiuitate. Accur.
x *An vter*. id eſt an ſpectandum ſit.
y *Rediit*. prius.
z *Eius*. id eſt in eius perſona donatio facta eſt.

a *Pertinere*. & alias quas legauit, videtur ademiſſe: vt j. de leg. j. ſi ex toto. in prin.
b *Donat*. extraneo vel vxori vt adimat: & ecõtra. Accurſius.
c *Fuit*. in primo caſu.
d *Legandi*. magis quã adimendi: vt quia pręſtare noluit ęſtimationem legatario. Vel dic alia fuit cauſa legandi: ſcilicet vt confirmaret donationes, legauit vxori. Accurſius.
e *Caſum*. in quo ipſis coniugibus ſibi donare permittitur: vt ſupra eod. l. ſi eum. §. j. Accurſius.
f *Poſtea*. hic eſt argu. contra. C. de don. cau. mor. l. pen. Sed ibi ſtatim permiſſa donatione cauſa mortis loquitur. Accurſius.
g *Perſeueret*. quia donator nõ eſt mortuus. Accurſius.
h *Voluntate*. ſed ſi ſocer prius deceſſerit, an eius morte confirmetur donatio? Reſpon. non: quia morte ſoceri non ſoluitur matrimonium: vt infra eo. l. mortis. quæ eſt cõtra. vt C. eod. l. ſi vt proponis. Solut. vt ibi. Quid ſi conſenſu patris vxor donet marito, an vtriuſque mors exigatur? Argu. quòd non: vt C. eo. l. donatio. Accurſius.
i *Spectabimus*. cũ quo ad illud non videatur habere patrem: vt ſ. ad Macedo. l. ij.
k *Et ſi quidem*. vtique ſine dubio. & ſi quidem &c. Accur.
l *Alia cœperit*. cum vxor apud maritũ rem eſſe patiatur.

** fribuſculum. aliàs friuiculum, vel friuuſculũ, hoc eſt de re parua ac leui ſubita ira.*

*† Vxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis, vt ait Aelius Verus imperator apud Spartianum, & Plutarchus in præceptis connubialibus: Non te eadem vti & coniuge & amica poſſim.*

* Id.

*Matrimonium in vita quandoque finitur.*

*Coniugibus ſibi donare quandoque permittitur.*

a *Ratione noua.* diui Seueri, quę fuit vt ſi prius decederet qui donatum accepit, quòd donatio extinguatur. Quando ergo filius ſolus eſt heres, præſumitur ad maritum vxorem velle peruenire donationem. quando extraneus, non ita. Quid ſi extraneus & filius ſit heres? videtur ei donare ſaltem pro hereditaria parte. Acc.

A t *Præceſſerint.* ductionem in domum.
v *Quoniam.* aliàs quòd, pro quia.
x *Quòd nuptiæ.* dic ſimiliter quòd, id eſt, quia.
y *Valet donatio.* & ſic intellige j. e. l. quod vir. quòd ibi præceſſerint ſponſalia. Accurſius.

natio, ratione noua.[a] Si ſocer nurui[b] nuntium miſerit, donatio erit irrita: quamuis matrimoniū, cōcordātibus[c] viro & vxore, ſecūdum reſcriptum imperatoris noſtri cum patre comprobatū eſt: ſed quod ad ipſos inter quos donatio facta eſt, finitū eſt matrimoniū. Proinde & ſi duo conſoceri inuicē donauerint, idē erit dicendum, ſi inuitis filiis nuntiū remiſe- B rint, inter ipſos irritam eſſe donationem. In hac autem donatione inter ſoceros facta, mors deſiderāda eſt eius qui donauit conſtante matrimonio, & iure poteſtatis[d] durāte. Idemq́;[e] & in his qui ſunt in eorū[f] poteſtate. Si conſocer conſocero donauerit, & alter eorum vel vterque copulatos emancipauerit, debet dici donationem ad orationē non pertinere: & ideo infirmari[g] donationē. Si ſponſus ſponſæ donauerit, in tēpus matrimonij collata donatione: quāuis C inter virum & vxorem donatio nō videatur facta, & verba orationis min⁹ ſufficiant: tamen donationem dicendum eſt ad ſententiam orationis pertinere:[h] vt ſi durauerit volūtas vſque ad mortē; valeat donatio. Siue autem res fuit quæ donata eſt, ſiue obligatio remiſſa: poteſt dici donationē effectum habituram:[i] vt puta vxori acceptū tulit donationis cauſa quod debebat. poteſt dici pendêre acceptilationē nō ipſam,[k] ſed effectū eius. Et generaliter vniuerſę donationes quas impediri D dixim⁹, ex oratione valebūt. Si inter virum & vxorem ſocietas donationis[l] cauſa contracta ſit, iure vulgato nulla eſt: nec poſt decretum ſenatus, emolumentum ea liberalitas vt actio pro ſocio cōſtituat habere poterit. quæ tamen in commune tenuerunt, fine præſtituto[m] reuocāda non ſunt.[n] Idcirco igitur pro ſocio actio nō erit, quia nulla ſocietas eſt, quæ donationis cauſa interponitur, nec inter ceteros:[o] & ꝓpter hoc nec inter virum & vxorem. Idem erit dicendū & ſi emptio contracta ſit donationis cauſa, nā nulla erit. Planè ſi minoris[p] res venierit donationis cauſa,[q] vel poſtea pretium ſit remiſ B ſum: admittemus donationem valere* ad ſenatuſconſultum.[r] Si quis ſponſam habuerit, deinde eandē vxorē duxerit,[s] cum non liceret: an donationes quaſi in ſponſalibus factę valeant, videamus. & Iulianus tractat hāc quęſtionē in minore duodecim annis, ſi in domū quaſi mariti immatura ſit deducta. ait enim hanc ſponſam eſſe, etſi vxor nō ſit. Sed eſt verius quod Labeoni videtur, & à nobis & à Papiniano* libro decimo quęſtionū probatū eſt, vt ſi quidē præceſſerint[t] ſponſalia, durent: quāuis iam vxorem eſſe pu- C tet qui duxit. ſi verò nō pręceſſerint, neque ſponſalia eſſe, quoniam[u] non fuerunt: neq; nuptias, quòd nuptiæ[x] eſſe nō potuerunt. Ideoq; ſi ſpōſalia anteceſſerint, valet donatio:[y] ſi minus, nulla eſt:[z] quia non quaſi ad extraneam, ſed quaſi[a] ad vxorem fecit: & ideo nec oratio locum habebit. Sed ſi ſenator libertinam deſpōderit,[b] vel tutor pupillam, vel quis alius ex his qui matrimoniū copulare prohibentur,[c] & duxerit:[d] an donatio quaſi in ſponſalibus facta valeat? D & putem etiā ſponſalia improbanda, & quaſi ab indignis, ea quæ donata ſunt, ablata, fiſco[e] vindicari.

*pertinere.

*Siue vir vxori, ſiue vxor viro aliquid annuum promiſerit: talis donatio ab initio non valet: ſed morte donatoris confirmatur.* Baldus.

XXXIII. IDEM libro viceſimoſexto ad Sabinum.

SI ſtipulata fuerit mulier annuū,[f] id ex ſtipulatu petere[g] conſtante matrimonio

b *Si ſocer nurui.* inter quos facta eſt donatio. Accurſius.
c *Concordantibus.* diſſoluere vero ſponſalia pater poteſt: vt s̄. de ſponſa. l. in poteſtate.
d *Iure poteſtatis.* dū vixit qui donauit. Alioquin emācipatione facta reuocata donatio videtur: vt proxi. §. dicitur. Non tamen hoc ſufficit ad cōfirmationem donationis: imò filio donatoris præmoriente neceſſe eſt ipſū ſocerū eundēq́; donatorē mori in eadē voluntate vt cōfirmetur donatio: & tunc heredes ratā habere donationem conuenit: vt s̄. eod. l. §. oratio. & hoc ſubiicit.
e *Idemq́;.* vt eorū mors deſideretur. Accur.
f *In eorum.* filiabus vel filiis, maritis vel vxoribus: verbi gratia, vt ſi ſocer donauit, mors nō ſolū ſoceri, ſed etiā filij & filię eius exigatur ad confirmationē donationis: & quòd in eadem voluntate permanſerit. Accurſius.
g *Infirmari.* vitiatur ergo licet perueniat in eum caſum in quo incipere poteſt: ſic s̄. ea. l. §. ſi diuortium. & j. e. l. vir mulieri. Accur.
h *Pertinere.* vt Co. de dona. ante nup. l. quod ſponſæ.
i *Habituram.* s̄. e. l. Papinianus. contra. ſol. vt ibi. Accurſius.
k *Non ipſam.* corrigit ſeipſum ſtatim. Et ſic no. præſentiā non pendere. arg. pro nobis. s̄. de vſufr. l. ſed & ſi quis ſtipu. §. j. & ſeq. Non pendere dico hic, quātum ad verborū cōceptionē. nā ipſa verborū conceptio pura eſt, ſed effectus pendet: vt ſubiicit. Accurſius.

*Præſentia non pendet.*

l *Donationis.* pone exemplum vt s̄. pro ſocio. l. j. §. fin.
m *Fine præſtituto.* id eſt morte. nā ipſa finis eſt vitæ præſtitutus.
n *Reuocanda non ſunt.* propter donationem confirmatam: nō propter ſocietatem. Acc.
o *Inter ceteros.* vt s̄. de contrah. empt. l. ſi quis donationis.
p *Minoris.* quod nihil eſt, minus eſt: vt s̄. de trib. l. illud. §. minus.
q *Cauſa.* excepto pretio viliori.
r *Senatuſconſultum.* vt valeat per confirmationem tacitam vel expreſſam.
s *Duxerit.* vt ſupra de ſponſa. l. quæſitum.

z *Nulla.* vt C. ad l. Iul. de adult. l. eum. in fin. Accurſius.
a *Sed quaſi.* vt Cod. de here. inſti. ſi pater. Sed nonne quaſi ad vxorē donatio facta eſt, cum ſponſalia pręceſſerint: & non erat vxor: & tamē tenet donatio? Reſpō. illud eſt ideo, quia habita fuit loco ſponſæ, nec donauit ei omnino vt extraneæ etiā remoto vxoratu: quia etſi nō eſſet vxor, ſpōſa tamen erat: hic autē omnino extranea erat: quia nec vxor, neque ſponſa erat.
b *Deſponderit.* per verba de futuro.
c *Prohibentur.* excipe eos qui ratione officij impediuntur: nam illi poſſunt ſponſalia contrahere: vt ſupra de ritu nupt. ſi quis officium. & l. præfectus. Accurſius.
d *Duxerit.* per verba de præſenti. Accur.
e *Fiſco.* vt ſupra de inceſt. & inuti. nupt. l. qui contra. & j. de his qui. vt indig. l. ij. §. item ſi quis. & j. de iure fiſc. l. Lucius. Sed certe immo qui dedit, vindicare debet: vt C. eo. ſi ex voluntate. quæ eſt contra. Solut. ibi qui donauit, putauit tenere donationem: hic ſciuit donationem non valere: vt j. de leg. j. l. fin. Accurſius.

** Eadem Papiniani ſententia refertur l. quæſitum. s̄. de ſponſa.*

SI *ſtipulata.* } CASVS. Vir promiſit vxori. x. annua, vt inde ſe alat. ex qua ſtipulatione mulier agere vult. quæritur an poſſit. Et dicitur ꝙ non. Secundo, ſi vir prædecedat, an confirmetur ſtipulatio? Et dicitur quod ſic. Tertio econtra, vxor dedit viro. x. annua forte per biennium, vt vir inde ſe alat: nūc pœnitet vxor, & vult repetere. Et dicit quòd poteſt vindicare ſi extat: aliàs condicet in quantū factus locupletior eſt: licet econtra vir non repeteret ſolutū & cōſumptū. Et eſt ratio diuerſitatis: quia genus mulierum eſt auarū. Secunda ratio eſt, quia non eſt ita conueniēs vxorem alere virum, ſicut ecōtra virū alere vxorem. Tertia, propter ſexum. Quarto pone quòd vir ſtipulatus eſt ab vxore annuū, vt inde ſe alat. præmoritur vxor, confirmatur quidem donatio. Viuia.
f *Annuum.* vt ſe alat vel tueatur.
g *Petere.* directa actione: vt ſupra eod. l. ſi id quod. §. ſi. ſed in

factum

factũ videtur ꝙ poſsit:vt ſ.de pac.dota.l.inter.§.conuenit.
a *Non poteſt.* ſiue vxor marito, ſiue maritus vxori annuum promiſerit, ab initio non tenet donatio: & vtrobique confirmatur morte:vt hic ſubiicit,& in fi.l.Sed in hoc eſt differentia:quia ſi vxor donatum conſumpſit,vel tantundem de ſuo, non tenebitur ſi ſit facta locupletior: vt ſ. eo. ſi id quod.§.pen.& fi.ſecus in marito.

non poteſt.[a] Sed ſi manente matrimonio deceſsiſſe maritus proponatur:puto,quia in annuo quoque donatio[b] vertitur, poſſe dici ſtipulationem confirmari[c] ex ſenatuſconſulto. Si vxor marito annuũ verſa vice preſtiterit, reſtituetur ei hoc, & poterit vindicare id quod extat. credo poterit & condicere[d] in quantum locupletior factus eſt:[e] quia nõ[f] tã ſolenne eſt[g] annuũ quod maritus vxori pẽdit, & quod vxor marito præſtat:immo etiam incongruens eſt, & contra ſexus naturã.[h] Et ſi fortè maritus ab vxore ſtipulat⁹ ſit id annuum,deceſſeritque mulier conſtante matrimonio: dicẽdum erit,ex oratione donationem conualeſcere.[i]

*Valet donatio quam vxor facit viro vt filiam dotet.h.d.quem caſum not.Bart.*

XXXIIII. IDEM libro quadragenſimotertio ad Sabinum.

SIue vxor marito res donaſſet,[k] iſque eas in dotẽ pro communi filia dediſſet: ſiue poſt donationem quam in maritum contulit, vxor paſſa eſt eum pro filia in dotem dare: benignè dici poteſt,etſi prima donatio nullius momenti eſt, attamen ex ſequenti conſenſu valere dotis dationem.[l]

XXXV. IDEM libro trigenſimoquarto ad Edictum.

SI non ſecundum legitimã obſeruationem[m] diuortium factũ ſit, donationes poſt tale diuortiũ factæ nullius momenti ſunt: cum non videatur ſolutum matrimonium.

*Qui ſoluit litis æſtimationẽ, debet cauſam dicere ſi cauſam habuit ab vxore.h.d. quam l.nota.Bart.*

XXXVI. PAVLVS libro trigeſimoſexto ad Edictum.

SI donatæ res extant, etiã vindicari poterunt:[n] ſed quia cauſam poſsidendi donatio præſtitit:niſi reddatur res, æſtimatio facienda eſt iuſto pretio:caueri ve poſsidenti debebit de euictione[o] ſimpli,quanti ea res ſit.idq; etiam Pedio videtur.

*Poteſt quis cum vxore annulum ſpõſalitiũ permutare.h.d.& iſte.§.procedit in terminis ſuis,quando vir commutat annulum.ſed ſecundum noſtram conſuetudinẽ primo deſponſatur per verba de præſenti: & ſic eſt vxor,& ſic donatio non valeret. quod nota.Bartolus.*

Si ſponſus alienum annulũ ſpõſæ muneri miſit, & poſt nuptias pro eo[p] ſuum dedit: quidã & Nerua putant fieri cum mulieris. quia tunc factam donationem cõfirmare videtur, non nouam inchoare.[q] quam ſententiam veram eſſe accepi.

XXXVII. IVLIANVS libro ſeptimodecimo Digeſtorum.

SI mulier dolo fecerit ne res extaret ſibi à marito donata,vel ad exhibendum, vel dãni[r] iniuriæ cum ea agi poterit: maximè ſi poſt diuortium id commiſerit.

*Pro parte quam habet vir in re nõ valet donatio inter cõiunctas perſonas: præſentia tamen cum taciturnitate donationẽ inducit.h.d.quam l.no.Bartolus.*

XXXVIII. ALFENVS libro Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

SEruus* communis viri & fratris[s] eius, puerum donauit vxori fratris. pro qua parte is ſeruus qui donaſſet,[t] viri eſſet, pro ea parte munus non eſſe factum mulieris reſpondit. Idem iuris erit ſi ex tribus fratribus vnus vxorem haberet,& rem communem vxori donaſſet.nam ex tertia parte mulieris res facta non eſt: ex duabus autem partibus reliquis ſi id ſciſſent[v] fratres,[x] aut poſteaquam donata eſſet, ratum habuiſſent,non debere mulierem reddere.[y]

b *Donatio.* & ſpecies donationis vertitur:vt ſ.de pact. dot. l.quidã. in fine.Accurſius.
c *Cõfirmari.* immo infirmari:vt ſ.eod.Papinianus.quę eſt contra. Solu.vt ibi.Accurſius.
d *Condicere.* hoc ſecus in vxore:vt ſ.eod.ſi id quod.§.pen.Accur.
e *Factus eſt.* hoc in annuo.ſecus autem in vſuris paraphernalibus: quia eas in communes vſus poteſt expẽdere maritus: vt C. de pact. con.l.fi. circa princip. quæ eſt contra.
f *Quia non.* ratio quare miraculoſa non durent.Accurſius.
g *Solemne eſt.* & adeo celebre, quia ſæpe & plurimum ſolet fieri, mulier viro rariſsime donat. & ideo cum id facit, pro magno reputatur: & quaſi miraculoſe cũ ſolẽnitate celebratur donatio.ſ.perſonarum interuenientiũ, & inde gaudentium.

*Mulier viro rariſsime donare dicitur.*

h *Contra ſexus naturã.* ſcilicet quòd mulier donet, vel ſic largiatur, vt diximus ſupra ad Vell.l.ſed ſi ego. Et not.ꝙ hic in fine duas rationes reddit caute ad reuocationẽ donationis. quia ſcilicet donauit contra naturam ſexus: quod quaſi mirandum eſt Item quia incõueniẽs eſt ſeu incongruens etiã de iure eã donare marito ad ſuſtentationẽ ſui. Nã vir[a] vxorem.nõ vxor virum tenetur ſuſtentare:vt ſ.e.l.ex annuo. & l.ſi quis pro. & arg. inſti.de iniur.§.j.

*a Bald.hic dicit iſtam glo.not.ad hoc quod maritus tenetur alere vxorem:nõ autem vxor virum.Bol.*

i *Conualeſcere.* vt ſ.eo. l. Papinianus. contra. Solu.vt ibi.Accurſius.

SIue vxor.} CASVS. Vxor donauit viro vnum fundum ruralẽ in donationẽ. eo tempore vel poſtea dixit vt eundem daret pro filia in dotem. dicit quòd licet non valeret primo:tũc tamen ſecundo confirmatur.

k *Donaſſet.* ea conditione vt ſtatim det vir in dotem pro cõmuni filia:vt differat à caſu ſequenti.
l *Dationem.* vt ſupra de iur. dot. l. profectitia. §. ſi quis certam.& l.cum vxor.Accurſius.

SI non.} CASVS.Fecit diuortium vir ab vxore,ſed non legitime:& ita remanet matrimonium. ergo nõ poſſum donare ſibi.

m *Obſeruationem.* quæ eſt j.tit.j.l.nullum.Accurſius.
n SI donatæ.Poterunt.vt ſ.eo.l.ſi ſponſus.§.fi.Accur.
o *Euictione.* ſed ad id quod dicit ſimpli,immo in duplum:vt ſ.de euict.l.ij.quæ eſt cõtra. Solu.hic eſt ſpeciale vt etiam de ſimplo caueatur.nam etiam de iure cõmuni non debet caueri:vt ſ.de rei vin.l.& ex diuerſo.§.petitor.quæ eſt cõtra. Sed hic ideo,quia reus habet cauſam ab actore:ibi non. Vel hic culpa non poteſt reſtituere reus: ibi dolo. item in eo quòd fit æſtimatio iuſto pretio,eſt contra.j.rerũ amo.l.non enim. Sed hic ſpeciale.quia ille qui cõuenitur, habet cauſam à cõueniente: vt diximus. Accurſius.
p *Pro eo.* vindicato à domino.
q *Non inchoare.* ſic ergo vltimũ tenet locũ primi:vt hic & ſ.de pe. here.l.ſi & rem.in fi.& j. de cõdit. & demon. filię.§.fi.Arg.contra.ſ. de iur.do. l.cũ in fundo.§.ſi fundus.& C.de iudi.l.apertiſsimi.& j. e.ſi prædia.& j.de leg. iij.pater filiũ.in princ. Sed argu.contra. C.de prædi.mino.l.ſi minor xxv.an.& j. de vul.& pup.ſub.l.Lucius.§.fi. & facit ſ. de iureiur. l. duobus.§.ij.Accur.

SI mulier.} CASVS. Donaui equũ vxori meæ: quem ipſa occidit ne ad me poſſet redire. licet pœnituerim,dicit hæc lex eam teneri mihi adhibendum: quia dolo fecit quo minus poſſet exhiberi. Item act.legis Aquilæ.Viuia.

r *Vel damni.* etiã conſtante matrimonio in ſimplum: vt ſ. ad l. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi cum maritus. Accur.

SI ſeruus.} CASVS. Titius & Seius fratres habebant ſeruum communem,cui cõceſſerũt donare de peculio cũi vellet.hic ſeru⁹ donauit vxori Titij. Dicit ꝙ pro qua parte eſt Seij,valet. Secũdo dicit. Tres erãt fratres habẽtes rẽ communẽ. eã rem vnus donauit vxori aliis præſentib⁹, & non contradicentibus:pro partibus aliorum valet donatio:pro partibus viri non.

** vulg. Si ſeruus.*

s *Fratris.* qui fratres non tangebant ſe per poteſtatem.
t *Donaſſet.* hoc verũ ſi ſpecialiter ei ſeruo ꝑmiſſum erat donare:aliàs nõ poſſet donare: vt j.de dona.l.filiusfa. Accurſius.
v *Sciſſent.* & ita ſciẽtia prẹiudicat circa amiſſionẽ dominij:qa prẹſumitur eos voluiſſe donare adfinitatis ratiõe: ſicut præſumitur remiſsio fideicõ. ſanguinis neceſsitudine:vt ſ.de ꝓba.l.Procula. ſic & præſumitur volũtas teſtatoris legatarij dignitate: vt ſ.de iudi. ſed & ſi.ſic j.de do.cau.mor.qđ ſtatuliber. in fi.& ſ.mã.l.q patitur.aliàs aũt ſciẽtia nõ ꝑiudicat, niſi acceptio pretij interueniſſet: vt ſ.de eui.l.quidã ex parte.ſic j.de acqui.poſ.l.fundi.

*Scientia quandoque præiudicat: & quandoque non.*

x *Fratres.* qui non ſunt in eiuſdẽ poteſtate cuius & vir:alioquin contrarium eſt, vt ſ.eo. l. hæc oratio. §.qui in eiuſdem. quæ eſt contra.
y *Reddere.* rem factam ſuam ex duabus partibus: vt j.de lega.ij.l.Titia.§.Lucius. Accurſius.

VIr vxori.CASVS.Volebã vxori meç donare.x.& ideo ꝓmiſi ei ſtipulari à debitore meo.x. antequã exigeret diuertimus.quæritur,an ipſa agere poſsit? Et dicit ꝙ non. Secũdo pone

pone quòd debitor meus ignorans nos diuertiſſe, ſoluit ei: quis repetet? Et diſtinguit: quia aut extat pecunia ſoluta, & debitor vindicat: & tenetur mihi priſtina actione: & liberatur à me cedẽdo mihi vindicationem. aut non extat: & tunc ago rectà via condictione ſine cauſa, in quantũ ipſa locupletior eſt. Viuianus.

*Debitor delegatus poteſt opponere exceptionem delegationis inualidæ: ſi tamen ignoranter commiſerit, liberatur. h. d. quem caſum nota. Bartolus.*

XXXIX. IVLIANVS libro quinto ex Minicio.

VIr vxori pecuniam cũ donare vellet, permiſit ei vt à debitore ſuo ſtipuletur. illa cũ id feciſſet, prius q̃ pecuniã auferret, diuortium fecit. quæro vtrum vir eam ſummam petere debeat: an [ex] ea promiſſiõe propter B donationis cauſam actio nulla eſſet. Reſpondi inanem[a] fuiſſe eã ſtipulationem. ſed ſi promiſſor mulieri ignorans ſoluiſſet: ſi quidẽ pecunia extat, vindicare[b] eã debitor poteſt. ſed ſi actiones[c] ſuas marito præſtare paratus eſt, doli mali exceptione[d] ſe tuebitur: ideoq; maritus hãc pecuniam debitoris nomine[e] vindicando cõſequetur. Sed ſi pecunia non extitat, & mulier locupletior facta eſt: maritus eam petet. intellegitur enim ex re mariti locupletior facta eſſe mulier: C quoniam debitor doli mali exceptione ſe tueri poteſt.

XL. VLPIANVS libro ſecundo Reſponſorum.

QVod adipiſcendæ * dignitatis gratia ab vxore in maritum collatum eſt, eatenus ratum eſt, quatenus dignitati ſupplendæ opus eſt[f].

XLI. LICINNIVS Rufinus libro ſexto Regularum.

NAm & imperator Antoninus conſtituit, vt ad proceſſus[g] viri vxor ei donare poſsit.

XLII. GAIVS libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

D NVper ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris[h] cauſa: vt ecce ſi vxor viro laticlauij[i] † petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat: vel ludorum[k] gratia.

XLIII. PAVLVS libro ſingulari Regularum.

INter virum & vxorem exilij[l] cauſa donatio fieri poteſt.

*Vſucapiens videtur habere rem ex titulo præcedenti, non à domino contra quem vſucapit. h. d. quam l. not. quia in pluribus locis habemus iſtum effectum: ſed non ita clare vt hic. Bartolus.*

B XLIIII. NERATIVS libro quinto Membranarum.

SI extraneus rem viri, ignorans eius eſſe, ignoranti vxori, ac ne viro quidem ſciente eam ſuam eſſe, donauerit: mulier rectè eam vſucapiet. Idemq; iuris erit, ſi is qui in poteſtate viri erat, credens ſe patremfamilias eſſe, vxori patris donauerit. Sed ſi vir reſcierit ſuã rem eſſe prius quàm vſucapiatur, vindicareque eã poterit, nec volet, & hoc & mulier nouerit, interrumpetur poſſeſsio[m]: quia trãſit C in cauſam ab eo factæ donationis ipſius mulieris ſciẽtia. propius[n] eſt, vt nullum adquiſitionis dominij eius adferat impedimentum. nõ enim omnimodo vxores ex bonis virorũ, ſed ex cauſa[o] donationis ab ipſis factę adquirere prohibitæ ſunt.

*Ex qualitate expenſarum præſumitur an animo repetẽdi fecerit quis an non. hoc dicit. quod not. quia tota die allegatur. hoc dicit. B.*

XLV. VLPIANVS libro ſeptimodecimo ad Edictum.

MArcellus libro ſeptimo Digeſtorum ſcribit, etiam eum[p] detrahere[q] ſine mulieris damno, D & citra metum ſenatuſconſulti, quod detrahentibus negotiationis[r] cauſa occurrit.

XLVI. IDEM libro ſeptuageſimoſecundo ad Edictum.

a *Inanem.* mulieri: vt ſ. eo. l. ſi ſpõſus. §. ſi debitor. Accur.

b *Vindicare.* ſed cur debitor habet rei vindicationem, cũ omnino huius rei dominus deſinere eſſe voluit: vt infra de acquir. poſſ. l. quod meo. §. ſi furioſo? Reſpõ. aliud eſt in poſſeſsione: & aliud in dominio, quod non ita de leui amittitur, niſi alius nanciſcatur: vt infra de acquiren. poſſeſ. ſi quis vi. §. differentia. Vel dic vtilẽ ei competere rei vindicationem: quia adhuc eãdem pecuniam ſoluere eſt obligatus: nec pecuniæ ſolutæ dominium eſt quæſitum marito: cũ tacite propter diuortium videatur reuocaſſe mandatum: quare ei per alium numerata eſſe nõ videtur, ideoq; nec intelligitur eius dominus. Item ſecundũ R. ꝓpter legis interdictũ nõ poteſt tranſire dominiũ in eũ, ſicut nec per ſe, nec per alium.

c *Actiones.* rei vindicationem.

d *Exceptione.* ſed cur non ipſo iure: vt ſ. ea. l. hæc ratio. §. ſed ſi debitorẽ. Reſp. quia diuertẽdo donationem reuocaſſe videtur: & ſic inhibuiſſe ne ei ſolueretur: vt ſ. eod. cum hic. §. ſi diuortiũ. Or. immo & ſi nõ diuertiſſet, haberet exceptionẽ & condictionẽ: vt j. de ſolu. l. cum quis. §. ſi debitorem. Vnde poteſt dici ꝙ hic ſciens nõ valere mulier accepit: ibi ignorãs: ar. d. l. §. ſi debitorẽ. in prin.

e *Nomine.* ex iure ceſſo.

*adipiſcendæ.

QVod adipiſcendæ.} CASVS. Vir volebat expendere c. pro dignitate conſequenda; quia per gradus inferiorum dignitatum oportebat eum aſcendere. in hanc cauſam viro donat vxor, dicit quòd valet quatenus de hoc dono in hoc impenſum eſt. Viuianus.

f *Opus eſt.* id eſt quatenus expendit in dignitatem de pecunia donata. ſed & cõſtante dignitate videtur licere donare: vt j. ad l. Iul. repe. l. j. Vel dic: licet non teneatur accipiens lege Iulia repe. hodie tamen non emuntur honores: vt C. ad l. Iul. repe. l. penul. & fina.

g NAm & imperator. Proceſſus. in honoribus de gradu ad gradum: vt ſ. de nego. geſt. l. quæ vtiliter. & j. de mune. & hono. l. vt gradatim. Accurſius.

† In hunc locũ Alex. ab Alex. lib. 4. Gen. dier. cap. 11. & Bud. in annot. ad Pandect.

NVper.} CASVS. Vir volebat effici miles, vel effici laticlauius: pro quibus oportebat eum expendere. & dicit quòd in hanc cauſam vxor poteſt ei donare. Et eſt laticlauius, qui præeſt aliis militib. in pugnã, & clauem proiiciebat inter confertiſsimos hoſtes: & ſui milites viriliter pugnãtes debebant eam recuperare. Viuia.

h *Honoris.* ſimplicis. i. ſine adminiſtratione. Accurſius.

i *Laticlauij.* genus veſtis ſecundum quoſdam. vel dic, nomen dignitatis.

k *Ludorum.* præparandorum, non vt amittat pecuniam in alea.

INter virum.} CASVS. Cum vir expectaret mitti in exilium ob delictum, donauit vxori valebit donatio quam fecit in vxorem: vt ſcilicet confirmetur exilio ſubſecuto. Viuianus.

l *Exilij.* futuri, vel iam imminentis: vt ſ. eod. ſed ſi mors.

SI extraneus.} CASVS. Rem Titij donauit Seius vxori Titij ignoranti eam eſſe Titij. dicit quòd vſucapit rem viri. Secundo idem ſi filius vel ſeru⁹ viri donauit: vt ſcilicet vſucapiat. Tertio quæritur; quid ſi vxor ſcit rem viri eſſe ante completam vſucapionem? & videbatur ꝙ non perficeretur, quaſi donet vir patiendo eam vſucapere. quod ſcilicet donare eſt prohibitum. ſed tamen dicit vſucapionem compleri. Viuia.

m *Poſſeſsio.* i. vſucapio, quæ ſine poſſeſſione non procedit.

n *Propius eſt.* corrigitur hic quod ſ. dictum eſt.

o *Ex cauſa.* interueniente.

MArcellus.} CASVS. Vir donauit vxori decem, ex quibus mulier emit marmora. conqueri poteſt maritus in quantum facta eſt locupletior, ſic ꝙ ſine damno mulieris, & ſine metu ſenatuſconſult. aufert maritus. eſt enim ſenatuſconſul. quod vetat auferri marmora de ædificiis cauſa negotiationis. Viuia.

p *Etiam eum.* ſcilicet maritum.

q *Detrahere.* hic donauit vxor viro marmora detrahenda de domo vxoris.

r *Negotiationis.* at iſta donatio non fit cauſa negotiationis, dicet quis: ſed nec legatum: ergo eadem ratione valere debet: quod lex negat infra de leg. j. l. cetera. Reſpon. imò legatur cauſa negotiationis: quia legare videor ob præcedẽtem donationem: vt ſ. pro ſocio. l. nec adiecit. §. & quia. quare & permutare videor: vt ſupra de peti. here. l. ſed & ſit. §. conſuluit. permutatio autẽ negotiatio eſt. Vel melius valet iſta donatio, & quia nõ fit cauſa negotiatiõis. & quia extrahẽdo de domo vxoris, de ſua ꝓpria in aliã ſuã videtur trãsferre: ar. j. rerũ amo. l. j. quod non eſt prohibitũ: vt j. de leg. j. cetera. §. ſed & ſi quis. in fine. §. Vel loquitur cũ mulier accepit à viro pecuniã ex cauſa donatiõis, ex qua emit marmora: cõqueri põt maritus inquantũ facta eſt locupletior. ſicque ſine dãno mulieris, & metus ſenatuſconſulti auferre poteſt maritus.

ritus & ſic duobus modis intellige hanc legem:licet Bul.dixerit ſe neſcire. Accurſius.

INter virum.} C A S V S. Vir habebat poſſeſsionem cuiuſdam rei alienæ, forte emerat eam à non domino. quæritur an poſsit eam donare vxori, & dicit quòd non.

INter virum & vxorē nec poſſeſsionis[a] vlla donatio eſt.

XLVII. CELSVS libro primo Digeſtorum.

VTrum negotiū vxoris gerens, an officio mariti ductus in rē eius impenderit vir, facti non iuris eſt quæſtio. coniectura eius rei ex modo & ex genere impenſæ non difficilis[b] eſt.

XLVIII. IDEM libro nono Digeſtorum.

B

QVæ[c] iam nuptæ maritus donauit, viri manent: & poteſt ea vindicare: nec quicquam refert, quòd ampla legata ab vxore ei[d] relicta ſunt.

*Nudus miniſter dicitur qui nullū commodum ſentit. aliàs non dicitur quis nudus miniſter. h. d. de quo plene dixi in l. ſi quis Titio. infra de le. ij. Bartolus.*

XLIX. MARCELLVS libro ſeptimo Digeſtorum.

SVlpitius[e] Marcello. Mulier quæ ad communem filium volebat, qui in poteſtate patris erat, poſt mortē patris fundū peruenire, eū[f] patri tradidit, vti poſt mortem reſtituatur filio. quæro an donatio tibi videatur, vt nihil agatur[g]: an valeat quidē, ſed mulieri poteſtas detur, ſi noluerit* eū repetere[h]. C Reſpondit. Si color vel titulus (vt ſic dixerim) donationi quæſitus eſt, nihil valebit traditio: id eſt ſi hoc exigit vxor, vt aliquid ex ea re interim cōmodi ſentiret maritus. alioquin ſi ſolo eius miniſterio[i] vſa eſt, & id egit,[k] vt vel reuocare ſibi liceret[l], vel vt res cū omni emolumēto[m] per patrē poſtea ad filium tranſiret: cur non D idem perinde ſit ratū, ac ſi cū extraneo tale negotiū contraxiſſet, hoc eſt, extraneo in hanc cauſam tradidiſſet.

*Eo ipſo quis eſt locupletior, quòd ab obligatione eſt liberatus: non autem eo ipſo quòd ſibi pecunia datur: niſi ex ea pecunia apparet aliquid apud eum remanſiſſe. h. d. quod nota: quia eſt caſus bonus. Bart.*

L. IAVOLENVS libro tertiodecimo Epiſtularum.

a Nec poſſeſsionis. cum ipſam poſſeſsionē tantum non rem donare voluit. aliud ſi rem ipſam transferendo poſtea donare vellet: vt infra de acquir. poſſ. l. j. §. ſi vir vxori. Et dicunt hoc ad ſimilitudinem fructuum. fructus enim donare non poteſt: vt C. de iu. do. l. pro oneribus. ſi tamē rem donet, & ipſa bona fide accipiat, fructus ſuos facit: vt ſ. eo. l. de fructibus. Sed tu dic idē in vtroque ſecundum Ioann. quod ergo hic dicitur quòd nec eſt donatio: ſubaudi rata, quin facile reuocetur: vt dixi ſ. eo. l. ſi eum qui mihi.

VTrum.} C A S V S. Vir geſsit negotia vxoris, & impendit c. quæ heres viri repetit à muliere. illa dicit donū morte confirmatum, ſed heres viri dicit impenſum animo repetendi. dicit quòd ex quātitate impenſæ præſumitur donum, vel non. ſi paruum eſt, donum eſt: aliàs non. Item ex genere impenſæ. nam ſi voluptaria, videtur quod non animo repetendi: ſi neceſſaria, ſic Viuianus.

*voluerit.

b Non difficilis. In dubio autem præſumam non donare: vt ſupra de probationibus. l. cum de indebito. §. j. niſi ratio ſanguinis vel affinitatis vel viciſsim donationis collatę ſuccedit: vt ſupra de probationibus. l. Procula. & ſupra eodem. l. ſi ſeruus communis. & ſupra manda. ſi vero non re. §. idem Papinianus. & dixi etiam de hoc ſupra ad Velleia. l. ſed ſi ego. in fin. Accurſius.

QVæ iam.} CASVS. Vir donauit vxori x. & vxor præmoritur: & legat viro multa. vir repetit donum. Et dicit quòd poteſt, licet mulier prælegauerit. Viuianus.

c Quæ. ſcilicet bona. Accurſius.

d Et. ſcilicet viro. Accurſius.

e SVlpitius. ſcilicet ſcribit.

f Eum. ſcilicet fundum.

g Agatur. quod eſt hic donatio.

h Repetere. ex innominato contractu do vt facias. Accur.

i Miniſterio. ita quòd vir nihil lucretur: de quo duo exempla ponit, dicens, & id &c.

k Egit. idem & ſi hoc nō egit expreſsim: vt ſupra de condic. cauſa da. l. ſi pecuniam. Accurſius.

A l Liceret. cum fructibus medij temporis per condictionem ob cauſam.

m Emolumento. fructuum. Accurſius.

n SI cum mulier. Quæ ære. id eſt quod ipſa debebat. & facit ſ. eo. l. quod autem. §. eleganter. & §. ſi vxor.

SI cum mulier viginti ſeruum emiſſet, in eam emptionem vir quinq; venditori dedit: diuortio facto, omnimodo vir eam ſummā exiget. neque ad rē pertinet, an is ſeruus deterior factus ſit. nam & ſi mortuus eſſet: quinque exactio ei competeret. quæritur enim an mulier ex viri patrimonio locupletior ſit eo tempore quo B de dote agebatur. facta autē intellegitur, quæ ęre[n] alieno ſuo, interuentu viri liberata eſt, quod potuiſſet adhuc debere, ſi vir pecuniam non ſoluiſſet. neq; enim intereſt ex qua cauſa mulier pecuniā debuit, vtrum creditam, an eam quam ex emptione pręſtare debeat. Quòd ſi mulier non emerat ſeruum, ſed vt emeret, à viro pecuniam accepit: tum vel mortuo vel deteriore facto ſeruo damnum ad virum pertinebit: quia quod aliter emptura nō fuit, niſi pecuniam à viro C accepiſſet, hoc cōſumptum ei periit, qui donauit, ſi modo in rerum natura eſſe deſiit. nec videtur mulier locupletior eſſe, quæ neque à creditore ſuo liberata eſt[o], neque id poſsidet quod ex pecunia viri emerat.

*Quicquid mulier quærit: præſumitur quæſiuiſſe ex bonis viri. h. d. ſubaudi ratione turpis quæſtus euitandi. Bart.*

LI. POMPONIVS libro quinto ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius † ait: cum in controuerſiam venit, vnde ad mulierē quid peruenerit. & verius & honeſtius eſt, quod non demōſtratur vnde habeat, exi- D ſtimari[p] à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eā perueniſſe. Euitandi autem turpis quæſtus gratia circa vxorem hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.

LII. PAPINIANVS libro nono Quæſtionum.

SI vir vxori donatiōis cauſa rē vili⁹ locauerit, locatio[q]

o Liberata eſt. niſi ſoluat. q. d. ſolutione viri non fuit liberata: tum quia adhuc non tenebatur: tum quia non ſoluit vir venditori.

*Vnius ſolutio alterum quandoque nō liberat.*

p QVintus Mucius. Exiſtimari. hoc dicunt eſſe verum niſi diuertit mulier. nam tunc ſuſpicio eſt quod propter aliquod delictum in matrimonio commiſſum diuertit. quia ergo aliqua vel turpis quæſtus poteſt eſſe ſuſpicio, eligitur vt magis de bonis mariti quæſierit. ſed cum ſoluitur matrimoniū morte, ſine alicuius voluntate, non eſt cauſa quare turpē præſumā quæſtum. ſed ſecundū Io. vbique idem: vt C. e. l. ij. ar. tamen contra. C. arb. tute. l. ſi defunctus. Item ſume hic arg. quòd idem debet eſſe in filio, vel ſimilibus, vt præſumatur de bonis patris in dubio quæſiſſe: vt ſic ſit commune cū fratribus. ſed certe contra dico in fratre: quia non eſt ibi cauſa talis ſuſpicionis: & ideo dico contra, argu. dictæ. l. ſi defunctus. nam diſtinguo vt not. C. de bo. quę libe. l. cum oportet. Accur.

SI vir vxori.} CASVS. Vir volēs donare x. vxori, locauit ei domum pro x. dignam penſione xx. dicit quòd nulla eſt locatio. Secundo dicit, ſecus in depoſito: vt ecce vir depoſuit apud vxorem librum valentem. xx. æſtimatum. x. vt ſic vxor poſsit reddere æſtimationē. erit quidem depoſitū: ſed ęſtimatio non valebit. Tertio dicit rationem diuerſitatis: quia in locatione merces eſt de ſubſtantia locationis: ſed in depoſito æſtimatio non eſt de ſubſtantia depoſiti: cum citra æſtimationē valeat depoſitum: ſed locatio non citra mercedem. {VXOR.} Mulier faciens teſtamentum præcepit heredi etiam præſenti vt fructus cuiuſdam fundi daret viro poſt mortē mulieris: vel curaret ita quòd haberet: alioquin fecit ſtipulari virum ab herede ibidem. c. ſi vir præmoritur: nulla ſit ſtipulatio. ſed ſi extraneo eſſet facta cauſa mortis, valeret, ſed per condictionem ob cauſam reuocaretur.

*† Concor. text. in l. etiam. C. eo. tit. adde videndū Frā. Cre. ſingu. 6. ſol. 1. iunctis additis ibi ad eum. Pro infecto habetur quod in fraudem orationis agitur.*

q Locatio. Si volēs dare locationē cōmētus eſt. i. finxit: vt ſ. e. l. ſi ſpōſus. §. circa. Io. quod enī in fraudē oratiōis agitur, pro infecto habet: ergo & minor merces ex eo cogitata in fraudē erit nulla: ergo et locatio nulla: ſed depoſitū tenet etſi nulla ſit æſtimatio:

æſtimatio: quaſi ſcilicet merces ſit de ſubſtantia locationis: ſed non ſic in depoſito non æſtimato. Accurſius. A

a *Depoſitum.* vt ſ. depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

b *Non poteſt.* vt ſ. cõmuni diui. ſi cõouenerit. & in pecunia: vt ſ. de præſcript. verb. l. naturalis. §. j. & depo. l. j. §. ſi quis.

c *Dari.* promitti curauit. quod eſt infra, per ſtipulationẽ mortis cauſa.

d *Curauit.* vt vxor vel heres. *Defuncto viro.* ſcilicet donatario. Acc.

e *Condictio.* vt infra de do. cau. mor. ſenatus. §. donatio. in fin. & facit ſ. eo. ſed interim. j. reſpon.

f *Maritos.* id eſt coniuges. Accurſius.

MOrtis. } CASVS. Si ſocer nurui cauſa mortis donat: nõ valet, licet moriatur ſocer: quia adhuc eſt matrimonium, etiam ſi ſocer filium exheredet. Secundo dicit ſecus eſſe ſi ſocer donat nurui in cauſam diuortij ſub tempore diuortij: quia valet: cum in caſu ſoluti matrimonij conualeſcat. { RES. } Vxor dedit in dotem quaſdam res ęſtimatas pro c. quas poſtea vir conceſsit eidẽ mulieri ad vſum. licet fiant apud eam deteriores in l. & poſtea repetit. c. nomine dotis mulier. ſ. ſol. mat. non compẽſat vir vel heres eius dicta. l. Secundo quæritur: ſi in teſtamẽto vir dixit: quod donaui vxori, eidem lego: an dictæ res datæ ei ad vſum, videãtur ei legari? Et dicit quòd non.

g *Species.* Si ſocer ſub tempore diuortij in caſum diuortij donauit: vt ſupra eo. l. ſed interim. §. fina. & verè ſoluitur inter coniuges. Accurſius.

h *Eadem ratione.* ceſſante id eſt locum non habente, quia ſ. remanſit matrimonium: hic econtra fuit ſolutum. vel quo ad omnes ſecundum primum: vel quo ad ſocerũ, ſecundum aliũ caſum: vt j. de verbo. obliga. inter ſtipulantem. §. ſacram.

i *Diuerſa.* à caſu prædicto: quia tunc ſoluẽtur nuptiæ: quod non eſt in ſuperiori caſu. Vel dic loqui eodem caſu tantum, ſcilicet quòd remanſit matrimonium hic, & ſ. Sed hic fuit ſolutum quo ad ſocerum: vt ſ. e. l. cum hic ſtatus. §. ſi ſocer. Accur.

† Ex iſta lege iuncto Bar. hic, vt in ſummario, colligitur vnum dictũ bene notandũ, et tale quod non fuit repertum alibi: prout dicit Franc. Cremõ. ſin. ſ. in l. ſolio.

k *Compenſatio.* ſcilicet ad dotem. Accurſius.

l *Donationes.* id eſt res donatæ.

m *Species.* legati. Accurſius.

n *Donari.* ſcilicet res prædictæ.

o VIr. *Exhiberet.* alioquin ſi eam maritus non exhibuiſſet, etiam citra ſpeciem donationis mulier ſe tuebitur: vt j. de doli except. l. ſi. in princ.

p *Et donationibus.* quibus liberauit vxorẽ de eo quod debebat ſibi, vel forte non petendo videtur donaſſe: vt arg. C. de bo. quæ lib. cum oportet. Accurſius.

q *Legato.* quia non dos, ſed fructus dotis ſunt vſuræ.

r *Vſuras.* vt qui legat dotem, non per hoc videtur legare vſuras dotis.

nulla eſt. Cum autem depoſitũ[a] inter eas perſonas minoris donationis cauſa æſtimatur, depoſitum eſt. Hæc ideo tam variè, quia locatio quidem ſine mercede certa contrahi non poteſt:[b] depoſitum autẽ & citra æſtimationem quoque dari poteſt.

*Donatio cauſa mortis extinguitur morte donatarij, donatore ſuperueniente. h. d. quem §. nota: quia allegabilis eſt. Bart.*

Vxor viro fructum fundi ab herede ſuo dari,[c] quòd ſi datus non fuiſſet, certam pecuniã mortis cauſa promitti curauit.[d] defuncto viro viua muliere, ſtipulatio ſoluitur, vt traditio quæ mandante vxore mortis cauſa facta eſt. nam quo caſu inter exteros cõdictio[e] naſcitur, inter maritos[f] nihil agitur. B

LIII. IDEM libro quarto Reſponſorum.

MOrtis ſuę cauſa genero vel nurui ſocerum fruſtra donare cõuenit: quia mortuo ſocero nuptiæ non ſoluũtur: nec intereſt, an pater filiũ vel filiã exheredauerit. Diuortij ſpecies[g] eadem ratione[h] diuerſa[i] eſt. Res in dotẽ æſtimatas conſentiẽte viro mulier in vſu habuit. vſu deteriores ſi fiant, dãni cõpenſatio[k] nõ admittitur. Eaſdẽ res nõ põt mulier ſibi quaſi donatas defendere ex illis verbis, quib⁹ donatiões[l] ei à viro legatę ſunt: cũ eiuſmodi ſpecies[m] neq; donari[n] neque auferri videtur.

*Si vſuras dotis vir viuens non petit, donare videtur, & periculo viri ſunt & morte confirmantur. Bartolus.*

LIIII. IDEM libro octauo Reſponſorum.

VIr vſuras† promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eaſque non petierat. cum per omne tempus matrimonij ſumptibus ſuis vxorem & eius familiã vir exhiberet,[o] dote prælegata, ſed & donationibus[p] verbis fideicõmiſsi confirmatis, legato[q] quidem dotis vſuras[r] non cõtineri videbatur, ſed titulo dationis remiſſas.

*Res empta ex pecunia mulieris donata viro, vindicari poteſt. Baldus.*

LV. PAVLVS libro ſexto Quæſtionum.

VXor marito ſuo pecuniã donauit: marit⁹ ex pecunia ſibi donata aut mobilẽ aut ſoli rem cõparauit. ſoluẽdo[s] nõ eſt: & res extãt. quero ſi mulier reuocet donationẽ, an vtiliter cõdictitia experiatur. videtur enim maritus, quãuis ſoluẽdo nõ ſit, ex donatiõe locupletior effectus, cũ pecunia mulieris res cõparata exſtet. Reſpondi, Locupletiorem eſſe ex donatione negari nõ poteſt.[t] nõ enim quærimus qd deducto ære alieno liberum habeat: ſed quid ex re mulieris poſsideat.[u] ſolo enim ſeparatur[x] hic ab eo cui res donata eſt, quòd ibi res mulieris permanet, & vindicare directò poteſt. & erit deterior cauſa viri, ſi ei pecunia quatenus res valet, nõ vltra id tamẽ quod donatum eſt, condicatur,[y] quàm ſi dotis iudicio[z] cõueniatur. ſed nihil prohibet,[a] etiam in rem vtilem mulieri in ipſas res accommodare.[b] B C

LVI. SCAEVOLA libro tertio Quæſtionum.

SI quod mihi mortis cauſa donare vellet, ego purè vxori donare vellem: nõ valet quòd vxori iubeo dari: quia illo conualeſcente, cõdictione teneor. mortuo autem, nihilo minus pauperior ſum. non enim habeo quod habiturus eſſem.[c]

*Donatio quæ poteſt condici, poteſt in ſtipulationem conuerti: & ſtipulatio poteſt probari per literas. Bartolus.* D

LVII. PAVLVS libro ſeptimo Reſponſorum.

EA quæ à marito ſuo pecuniam ex cauſa donationis acceperat, literas ad eum miſit huiuſmodi: *Cum petenti*[d] *mihi à te domine chariſſime, adnuerit*[e] *indul-*

s VXor *Soluendo.* omnib⁹ creditorib⁹.

t *Non poteſt.* Arg. contra prelatos cum emerũt rẽ aliquã, vt detur vtilis rei vin. eccleſiæ, ſi modo probetur ſua pecunia res empta. Itẽ cõtra vxores quæ nomẽ tantũ ſua in inſtrumentis apponũt faciũt, nõ mariti arg. contra C. eo. l. ſi filij tui. Accur.

v *Poſsideat.* ergo tenetur cõdictione ſine cauſa: quę differt ab actione de dote: vt ſubiicit &c. Item vtili in rẽ: vt in ſi. quæ differt. quãdo rem dediſſet: vt ſubiicit ſolum. Accur.

*Condictio ſine cauſa & actio de dote differunt.*

x *Separatur.* i. ſeparatur hic maritus cui pecunia eſt data, ab eo marito cui res donata eſt: quia res vbi eſt donata, ſi extat res, directo vindicatur: hic autem vtiliter. Accur.

y *Condicatur.* vt ſ. eo. quod autẽ. §. idẽ diu⁹.

z *Iudicio.* quia condẽnabitur propter pecuniam cõdictione ſine cauſa in ſolidũ diuortio facto: vt ſ. neg. geſtorũ. l. diuortio. alioquin diuortio non facto cõuenietur in quãtũ facere poteſt: vt j. de re iudi. nõ tantum. ſed iudicio de dote & ante & poſt agitur in quãtum facere poteſt.

a *Prohibet.* hoc caſu.

b *Accommodari.* in primo caſu. Et no. ſpeciale, quòd res empta ex mea pecunia fit mea, vtiliter ſaltem: ſic & alias videtur: vt Co. de rei vin. ſi vt proponis. & C. ar. tute. l. curator. Accurſius.

*Emptũ ex mea pecunia, meum eſt.*

SI *quod.* } CASVS. Aliquis volebat donare mihi fundũ cauſa mortis. ego volens eundem donare pure vxori meæ, iuſsi ei dari. Et dicit ꝙ nõ valet: quia ſic fio pauperior. ſ. in hoc quia cõualeſcente donante teneor ei ad æſtimationẽ fundi: & ſic fio pauperior. Sed & ſi moritur, adhuc fio pauperior: qa non habeo quod eram habiturus. Viuianus.

c *Habiturus eſſem.* vt ſ. eo. l. idemque eſt.

EA *quæ.* } CASVS. Vir donauit vxori viginti, & ipſa promiſit per ſtipulationem ſe redditurã illa viginti ſi illa ſine cauſa dimiſerit virum. mulier poſtea miſit viro repudium ſine cauſa. Dicit quòd commiſſa eſt ſtipulatio: & tenetur mulier in ſolidam pecuniam. ſecus ſi ſtipulatio non interceſsiſſet: quia tunc non tenetur niſi in quantum locupletior eſt. Viuianus.

d *Cum petenti mihi.* quandam ſummam.

e *Adnuerit.* id eſt cõceſſerit: vel dederit ex cauſa donationis,

Poſſe.

a Poſſe ſed nónne inter abſentes fuit promiſſum. ergo non valet: vt inſtitu. de inuti. ſtip. item verborum. quæ eſt contra? Sol. hic ante epiſtolam ſpoſponderat: ſicut ex hac litera probatur, ait enim, quæ ſumma mihi numerata eſt &c. Sed hic mulier repetit in epiſtola quam fecerat in numeratione, vt maritum reddat certiorem. Nec obſtat quod dicit, quoniam ex donatione &c. nam donatio dicitur propter cōmodum medij temporis: ſed exiſtēte conditione tranſit in creditum: vt infra de dona. Ariſto. Si autē fuerit ſimplex donatio, reuocatur in quātum eſt locupletior facta: vt hic ſubiicit.

b Conuerſa eſt. Immo videtur non conuerti: vt ſupra manda. l. qui negotia. quæ eſt contra. Sed hic interceſſit ſtipulatio, ibi nudum pactum. Vel hic pecuniam ad manus habebat: ibi non. Item contra infra de verbo. obliga. l. ſtipulatio facta. ibi dicit non valere huiuſmodi ſtipulationes pœnales, ſcilicet ſi fiant diuortia: quia contenti eſſe debemus pœnis lege cōprehenſis. Sol. hic pœna proceſsit à ſtipulatione: alias ſecus: vt ibi. Accurſius.

c Non probetur. & ita creditur nulla cōditio appoſita. Accur.

SI prædia. } Casvs. Titius donauit concubinæ ſuæ quaſdam res: & ſic tenuit ſtatim donatio: & deinde accepit eam in vxorem & permutauit cum ea quaſdam alias ſuas res cū illis donatis antea. Dicit quòd tenet permutatio. Secūdo quærit: ſi iſte aluit mancipia mulieris, animo donandi cibaria, an poſsit repetere? & plane ſoluit. {Filivs.} Titius habebat vxorem diuitem: & ex ea filium Seium ſapientem, qui res matris adminiſtrabat. die quadam de pecunia matris emit quaſdam res pro centum, & fecit fieri inſtrumenta in perſona ſua filius matre volente. tandem hic filius obiit: & pater bona filij iure peculij occupauit. nunc mater filij vult agere cōtra illum virum pro illis centum, vel pro rebus exinde emptis. quæritur an poſsit, & in quātum? Et diſtinguitur: quia aut mater voluit filium obligare, & non donare ei: & tunc tenetur vir vxori de peculio intra annum computandum à morte filij. ſi non ei voluit donare, condicet mulier pecuniam in quantum vir eſt locupletior. Viuianus.

d Seiæ. concubinæ.

e Concubinatus. vt infra de dona. l. affectionis. Accurſius.

f Acceptis. à marito. Accurſius.

*gentia tua viginti ad expediendas quaſdā res meas: quæ ſumma mihi numerata eſt ſub ea conditione, vt ſi per me meoſq; mores quid ſteterit quo minus in diem vitæ noſtræ matrimonium permaneat, ſiue inuito te diſceſſero de domo tua, vel repudium tibi ſine vlla querela miſero, diuortiumq; factum per me probabitur: tunc viginti quæ mihi hac die donationis cauſa dare voluiſti, daturā reſtituturāme ſine vlla dilatione* B *ſpondeo.* Quæro, an ſi eadem Titio marito ſuo repudium miſerit, pecuniam reſtituere debeat. Paulus reſpondit, pecuniam quā vir vxori donauit, ex ſtipulatione ꝑpoſita, ſi conditio eius extitit, peti poſſe:[a] quoniā ex donatione in pecuniam creditam conuerſa eſt.[b] quòd ſi ſtipulatio commiſſa non probetur:[c] tunc tantū peti poſſe, quanto locupletior ex ea donatione facta probetur.

